**Nutzungsbedingungen für Online-Angebote der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel**

Die Online-Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek der Herzog August Bibliothek (http://digbib.hab.de ) sind urheberrechtlich geschützt und unterliegen Nutzungsrechten. Soweit nicht anders vermerkt, stehen sie unter einer Creative Commons Namensnennung-Weitergabe unter gleichen Bedingungen 3.0 Deutschland Lizenz (CC BY-SA).

Unter diese fallen online frei verfügbare Imagedigitalisate, Strukturdaten, Volltexte, Daten aus Datenbanken (in der über OAI abfragbaren Form), Ton- und Videodokumente sowie aktuelle Publikationen. Bitte beachten Sie, dass für über die Webseiten der Herzog August Bibliothek angebotene Dokumente Dritter andere Rechte gelten können.

**Erläuterung**

Die Online verfügbaren digitalen Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek stehen allen Interessierten weltweit frei unter einer CC BY-SA Lizenz zur Nutzung zur Verfügung. Neben den in http://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0/de/legalcode ausgeführten allgemeinen Einschränkungen ist bei einer Nachnutzung Voraussetzung, dass a) der Urheber in der nachfolgend beschriebene Form genannt ist und dass b) das Angebot unter den gleichen Bedingungen, d.h. vor allem frei und unentgeltlich, erfolgt.

**a)** Bei der **Namensnennung** (BY) ist Folgendes zu beachten (vgl. CC BY-SA, Abschnitt 4.a und 4.c). In Digitalisaten angebrachte Herkunftsnachweise – typischerweise die Fußleiste - dürfen als Nachweis nicht entfernt werden.[1] Zugleich muss auf der Angebotsseite an geeigneter Stelle, in jedem Fall aber innerhalb der Domain des Angebotes ein Nachweis in der folgenden Form angebracht werden: Sofern ein eigener persistenter Link (PURL, URN, etc.) verwendet wird, muss der persistente Link der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek über, unter oder neben dem eigenen persistenten Link stehen.

*Im Druck:*

**Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[Persistent URL[2]]>**

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>

oder

© HAB Wolfenbüttel: 14 Astron. <http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>

[1] Beigefügte Maßtäbe unterliegen nicht dieser Beschränkung und dürfen entfernt werden.
[2] Zum Zitieren Wolfenbütteler Digitalisate s.: http://diglib.hab.de/?link=033

*Im Internet (HTML Quelltext):*

**© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <<a href="[Persistent URL]">Persistent URL</a>>**

oder

**© HAB Wolfenbüttel <<a href="[ Persistent URL]">[Signatur]</a>>**

Z.B. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <<a href=" http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm">14 Astron.</a>

Wenn sich auf der Seite eine zusätzliche Angabe zur Autorin oder Autor eines Beitrages findet, z.B. © [Autorname] ist folgende Form einzuhalten:

*Im Druck*:

© [Autorname]. Work originally *published by HAB Wolfenbüttel <Persistent URL>*

*Im Internet (HTML Quelltext):*

© [Autorname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <<a href="[Persistent URL]">Persitent URL oder Signatur</a>>

Z.B © Flemming Schock. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <<a href=" http://diglib.hab.de/edoc/ed000155/start.htm "> http://diglib.hab.de/edoc/ed000155/start.htm </a>>

b) Bei der Bereitstellung unter **gleichen Bedingungen** ist zu beachten, dass das Werk *frei*, *unentgeltlich* und im Geiste der *Förderung der Kultur und Wissenschaften* zur Verfügung gestellt werden muss. Sofern dies gewährleistet ist, ist auch eine kommerzielle Nutzung, z.B. in der Wikipedia oder einem Open Access, unter CC BY-SA publizierenden wissenschaftlichen Verlag möglich. Nicht unter diese Lizenz fallen typische kommerzielle Produkte wie Verlagszeitschriften, die Nutzer kostenpflichtig erwerben müssen, zugangsbeschränkte Online-Angebote sowie Nutzungsarten, die ausschließlich auf Werbung oder andere nicht-wissenschaftliche Zwecke zielen. Für alle zuletzt genannten Fälle muss eine kostenpflichtige Sondernutzung vereinbart werden.

Nicht frei über die Homepage der Bibliothek verfügbare Angebote unterliegen gesonderten Nutzungsregeln, die von der Auskunft der Bibliothek (auskunft@hab.de) erfragt werden können. Im Übrigen gilt die Benutzungsordnung für Landesbibliotheken und die Gebührenordnung für die Bibliotheken des Landes Niedersachsen in der jeweils gültigen Fassung in Verbindung mit dem Niedersächsischen Verwaltungskostengesetz.

Der Direktor (2013-03-01)

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00001




L. 30. *.

101.1 Theol. 2°



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00003




(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00004


te ueri fidem Romanę docuit presbiterosque monuit fre nutis tenere
Cepit sub Innocentio creuitque sub Honorio perfecit gloriosum
Succedens hic Gregorius magnificauit aplicis mirabilibus famosum
Hunc sanctum preelegerat in patrem quando preerat ecclesię minori
Dei spiritu prophetico promissum aposto li co predixerat honori
Transgressus euangelium nec apicem vel unum transgredi nec iota
Vult in hoc Christi suauis huius onere vel leuius in huius vite tota
Hic creaturis imperat qui uniuersi subiecerat se totum creatoris
Quicquid in rebus reperit delectamenti reperit in gloriam factoris
Sanctus Franciscus premiis orationum studiis quod sanat instruxit
Non sibi so li viuere sed alijs proficere vult dei zelo ductus
Hic predicando auium et que non homo docuit fit dortis in stupore




Ritter, François Nr. 1941
unvollständig: Bl. Ek fehlt = Bl. CLXVIII

101.1 Th. 2°

# Pſalterium chorale: ſcd'm morem et conſuetudinē ſancte Romane eccleſie: cū hymnis: antiphonis et vſiculis: annexiſq3 vigilijs mortuorū: vna cum directorio pſalmorum.

Anno 151[illegible]

Iſtud pſalterium dedit prouidus vir henricus [illegible] ciuis [illegible] precipuus benefactor [illegible] cultus [illegible] ac [illegible] fratribus minoribus prope oſterode pro ſua et ſuorum ſalute [illegible] fratrum orationibus ſit recommendatus

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00007




Accipe pſalmographi diuina poemata vatis
Accipe perpetua ſcripta notanda cedro.
Vt parte etherei poſt fata fruaris olimpi
Hunc dauida legas vir: iuuenisqꝫ puer.

BIBLIOTHEK WOLFENBÜTTEL

# Regiſtrum


Ad dñm cũ tri. cviij
Audite celi. xcj
Ad te dñe leuaui. xx
Ad te dñe cla. xxviij
Ad te leuaui. cviij
Afferte dño fi. xxviij
Attendite ꝑpl'e. lxiij
Audite hec oẽs. xliij
Beatus vir qui non abijt in con. fol. j
Beatuſ vir qui timet dñm. ciij
Beatus q̇ itel. xxxix
Beati imacula. xxiij
Beati omẽs q̇ ti. cx
Beati quoꝝ re. xxix
Benedicã dñm. xxx
Benedictus dñs deꝰ meus q̇ docet. cxviij
Benedictus dñs deꝰ iſrael. xviij
Benedixiſti dñe lxxij
Bñdic aĩa. j. lxxxiij
Bñdic aĩa. ij. lxxxiij
Bñdicite oĩa opa. xv
Bonũ eſt ꝯfiteri. xcj
Cantate. j. lxxvj
Cantate. ij. lxxx
Cantemus do. lxviij
Celi enarrant glo. xj
Confitemini. j. xxij
Cõfitemini. ij. lxxxv
Confitemi. iij. lxxxvj
Cõfitemi. iiij lxxxviij
Confitemini. v. cxiij
Confitebimur. lxij
Confitebor. j. iij
Confitebor. ij. xxxvj
Confitebor. iij. ciij
Confitebor. iiij. cxv
Conſerua me dñe. vij
Credidi. cvj
Cum inuocarẽ. cxxij
Deus auribus. xl
Deus deus meus reſpice in me. xix
Deus deus meus ad te de luce vi. xiiij

# Regiſtrum


Deus deoꝝ do. xliiij
Deus in adiuto. lviij
Deus in noīe. xxj
Deus iudicium. lix
Deus laudē. lxxxix
Deus misereatur. xv
Deus nr̄ refugiū. xlij
Deus quis ſilis. lxxj
Deus repuliſti lj
Deus ſtetit in ſy. lxxj
Deus uenerūt gē. lxvj
Deus ulcionū. lxxvj
De ꝓfundis cla. cxj
Defecit in ſalu. xcviij
Dilexi qm̄ exau. cvj
Diligam te dn̄e. viij
Dixi cuſtodi. xxxviij
Dixit dn̄s dn̄o. ciij
Dixit iniuſtus. xxxij
Dixit inſipiens. j. vj
Dixit inſipi. ij. xlvij
Dn̄e audiui. lxxviij
Dn̄e clamaui. cxvij
Dn̄e deus meus. ij
Dn̄e de' ſalu. lxxxiij
Dn̄e dn̄s noſter. iij
Dn̄e exaudi. j. lxxviij
Dn̄e exaudi. ij. lxxij
Dn̄e nō eſt exalta. cxj
Dn̄e ꝓbaſti me. cxvj
Dn̄e ne in furore. j. j.
Dn̄e ne ī fu. ij. xxxiiij
Dn̄e q̇d multiplica. j
Dn̄e q̇s habitat. vj
Dn̄e refugium. lxvij
Dn̄e in virtute. xij
Dn̄i eſt terra. xx
Dn̄s regit me xx
Dn̄s regna. deco. xiiij
Dn̄s reg. exul. lxxvij
Dn̄s reg. iraſ. lxxxj
Dn̄s illuminatio xvj
Ecce q̄ bonum. cxij.
Ecce nunc bn̄di. cxxiij
Ego dixi in dimi. xlvj
Eripe me. j. l
Eripe me. ij. cxvj
Eructauit cor. xlj


(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00010

Exaltabo.i. xxviij
Exaltabo.ij. cxix
Exaudi dñe iuſti. viij
Exaudiat te dñs. xij
Exaudi de⁹ o.i. xlviij
Exaudi de⁹ oꝛa.ij. lij
Exaudi deus dep̄. lj
Expectās ex. xxxviij
Exultate iuſti in. xxx
Exultate deo ad. lxx
Exultauit coꝛ meū. lv
Exurgat deus ꝛ. liij
Fundamenta. lxxiij
Inclina dñe. lxxij
In conuertendo. cix
In dño confido. iiij
In exitu iſrael de. ciiij
In te dñe ſpe.i. xxviij
In te dñe ſpe.ij. lviij
In te dñe ſpe.iij. cxxij
Jubilate deo omnis terra.i. xiiij.ꝛ lxxxj
Jubilate deo.ij lij.
Judica dñe no. xxxj
Judica me deus. xlv
Judica me dñe. xxj
Lauda aīa me. cxix
Lauda ieruſaleꝫ. cxx
Laudate dominū omnes gentes. cvj
Laudate dñm quoniam bonus. cxx
Laudate nomē. cxiij
Laudate pueri. ciiij
Laudate dominū de celis. cxvj
Legem pone. xcv
Letatus ſum in. cviij
Leuaui oculos. cvij
Letania. cxxv
Magnificat aīa. cv
Magnus dñs. xliij
Memēto dñe da. cxij
Mirabilia. c
Miſerere mei deus ſecundū magnā. xxxv
Miſerere mei deuſ qm̄ conculcauit. xlix

# Regiſtrum


Miſerere mei deꝰ mi-
ſerere mei. fol. xlix
Miſcdias dñi. lxxiiij
Miſericordiā ⁊ iudici
um: cantabo. lxxxj
Niſi quia dñs erat i
nobis. cviiij
Niſi dñs edifica. cx
Noli emulari. xxxiij
Nonne deo ſubiec. lij
Notus in iudea. lxij
Nūc dimittis. cxxiiij
Om̄es gentes. xlij
Paratū cor. lxxxix
Quare fremuerūt. j
Quā bonus iſrl. lx
Quā dilecta ta. lxxj
Quēadmodū deſi. xl
Qui habitat in. cxxij
Quicūqꝫ vult ſaluus
eſſe: ante. xxiiij
Qui confidunt in. cix
Qui regis iſrael. lxvj
Saluū me fac. j. v
Saluū me fac. ij: lviij
Sepe expugnaue. cx
Si vere vtiqꝫ l
Suꝑ flumina. cxiiij
Te decet hymnus lv
Te deū laudamꝰ. xiij
Verba mea auribꝰ
percipe dñe. xxxvj
Venite exulte. xciiij
Voce mea j. lxiij
Voce mea ij. cxvij
Vſqꝫquo domine. v
Vt quid deus re. lxj

## ¶Pſalmus Inuitatorialis.

Venite exultemus domino: iubilemus
deo ſalutari noſtro: preoccupemus faci
em eius in confeſſione: et in pſalmis iubilem⁹
ei. Quoniã deus magnus dominus et rex
magnus ſuper omnes deos: quoniam non
repellit dominus plebẽ ſuam: quia in manu
eius ſunt om̃es fines terre: et altitudines mõ
tium ipſe conſpicit. Quoniã ipſius eſt mare
et ipſe fecit illud et aridam fundauer̃t manus
eius: venite adoremus et procidamus ante de
um: ploremus coram domino qui fecit nos:
quia ipſe eſt dominus deus noſter: nos autẽ
populus eius: et oues paſcue eius. Hodie ſi
vocem eius audieritis: nolite obdurare corda
veſtra: ſicut in exacerbatione ſcd̃m diem ten-
tationis in deſerto: ubi tentauerũt me patres
veſtri: probauerunt et viderunt opera mea.
Quadraginta annis proximus fui genera
tioni huic: et dixi ſemper hi errant corde: ipſi
vero non cognouerũt vias meas quibus iu-
raui in ira mea: ſi introibunt in requiem me-
am. Gloria patri et filio et ſpi.



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00013

¶ In nomine dñi noſtri ieſu chriſti benedicti Amen. Pſalterium ſcd̄m morem ⁊ conſuetudinē ſancte Romane Eccleſie feliciter incipit.

¶ Inuitatoria ſubſcripta dicunt̄ ſingula ſingulis dñicis dieb⁹: a ſcda dñica poſt epipha. uſq̧ ad ſeptuageſimā: a kal. octobris uſq̧ ad aduentum dñi. ¶ Inuitatoriū.



Venite ex ulte mus do mi



no: Jubilemus deo ſalu ta



ri noſtro. pſ. Preoccupemus faci. Inuitatorium.



Preoc cupe mus faciem domini.



Et in pſal mis iubile mus e i. pſ.



Veni te exultemus do. Inuitatorium



Quoni

am de us magnus dominus. Et rex

mag nus ſuper om nes de os.

Inui tato rium

Pš. Venite exultem⁹. IN manu tu

a do mi ne: Om nes fines

ter re. Pš. Venite exultemus do. Inuitatorium

VE nite a dore mus:

Dominum qui fe cit nos. Pš. Veni te

exultemus domino: iubilemus deo ſa. Inuitatorium

Dominũ qui fe cit nos. Veni te a dore mus. Ps. Venite ex.

¶ Iſtud ſequẽs inuitatoriũ dicitur dñicis diebus quãdo fit officiũ de dñica a penthecoſte uſqz ad kalendas octobris. Adore mus do minum: Qui fecit nos. Venite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro.

¶ Subſequẽs hymnus dicit' dñicis diebus ad nocturnũ a kal' octobris uſqz ad aduentũ domini: et ab octa. epiphanie uſqz ad primaz dominicã quadrageſi. excluſiue. Hymnus.



Primo dierum omniũ quo munduſ

# Ad matutinū.



extat cōditus: vel q̄ reſurgens conditor: nos



Pulſis ꝓcul torporibus ſurgamus om̄es ocius: ⁊ morte victa liberet. Nocte queramus piū: ſicut ꝓphetā nouimus. Noſtras preces vt audiat: ſuāq; dextrā porrigat: ⁊ expiatos ſordibus: reddat poloꝝ ſedib⁹. Ut quiq; ſacratiſſimo: huius diei tēpore: horis quietis pſallimus: donis beatis muneret. Iam nunc paterna claritas: te poſtulamus affatim: abſit libido ſordidās: omniſq; actus noxius. Ne feda ſit vel lubrica: cōpago nr̄i corporꝫ: ꝑ quā auerni ignibus ipſi crememur acrius. Ob hoc redēptor queſumus: vt probra nr̄a diluas: vite perennis cōmoda: nobis benigne cōferas. Quo carnis actu exules: effecti ipſi celibes: vt preſtolamur cernui: melos canam⁹ glorie. Preſta pater piiſſime: patriq; cōpar unice: cū ſpiritu paraclito: regnās ꝑ omne ſeculum. Amen. ¶ Sequens hymnus dicit dn̄icis diebus ad noctur. a prima dn̄ica poſt penthecoſtes uſq; ad kal. octobris. Hymn⁹.

## Ad nocturnum.



NOcte ſurgentes vigile mus om̄es:



ſemper in pſalmis meditemur atqꝫ vi ribus



to tis domino canamus dulciter hymnos. Ut pio regi pariter canentes: cum ſuis ſanctis mereamur aulam ingredi celi: ſimul ⁊ beatam ducere vitā. Preſtet hoc nobis deitas beata patris ac nati: pariterqꝫ ſanctiſpūs cuius reboat in omni gloria mundo. Amen.

In adventu. Añā. VEniet ec ce. Euouae. cū rel'.

Ab octa. pē. cheo. uſqꝫ ad adventū añ. SEruite domino. Euouae.

Tempore Paſcali: Antipho. ALlelu ia. Euouae. cū reliq̄s.

Incipit liber hymnoꝝ vel ſoliloquioꝝ.


Eatus vir q̇ Pſ̄ Dauid.j.
nō abijt i conſilio impioꝝ:
et in via peccatoꝝ nō ſtetit:
et in kathedꝛa peſtilētie nō
ſedit. Sed in lege dn̄i volū
tas ei⁹: ⁊ i lege eius medita
bit die ac nocte. Et erit tanꝙ lignū qđ plan-
tatū eſt ſecus decurſus aquaꝝ: qđ fructū ſuū
dabit i tp̄e ſuo. Et foliū eius nō defluet: ⁊ oīa
quecūꝙ faciet pꝛoſperabūtur. Non ſic impij
nō ſic: ſed tanꝙ puluis quē pꝛoijcit vētus a fa
cie terre. Ideo nō reſurgūt impij i iudicio: ne-
ꝙ pctōꝛes in conſilio iuſtoꝝ. Qm̄ nouit dn̄s
viam iuſtoꝛū: et iter impioꝝ peribit. Pſ̄.ij.
Quare fremuerūt gētes: ⁊ populi medi
tati ſūt inania. Aſtiterūt reges terre:
et pꝛīcipes ꝯuenerūt in vnū: aduerſus dn̄m ⁊
aduerſus xp̄m eius. Dirūpamus vincula
eoꝝ: ⁊ pꝛoijciamus a nobis iugū ipſoꝝ Qui
habitat in celis irridebit eos: ⁊ dn̄s ſubſanna
bit eos. Tūc loquetur ad eos in ira ſua: ⁊ in
furoꝛe ſuo cōturbabit eos. Ego autē ꝯſtitu-
tus ſuꝫ rex ab eo: ſup ſyon montē ſanctū ei⁹:
pꝛedicās pꝛeceptū eius. Dn̄s dixit ad me

filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtu
la a me ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã: ⁊ poſ
ſeſſionẽ tuã terminos terre. Reges eos i vir
ga ferrea: ⁊ tanq̃ vas figuli confringes eos.
Et nũc reges intelligite: erudimini q̇ iudica
tis terrã Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei
cũ tremore. Apprehẽdite diſciplinã: ne quã
do iraſcat᷑ dñs: ⁊ pereatis de via iuſta. Cũ ex
arſerit i breui ira eius: beati oẽs q̇ ↄfidũt i eo.

Domine quid multiplicati ſunt q̇ Ps. iij.
tribulant me: multi inſurgũt aduerſuꝫ
me. Multi dicũt anime mee: nõ eſt ſalus ipſi in
deo eius. Tu aũt dñe ſuſceptor meus es: glo
ria mea ⁊ exaltãs caput meũ. Voce mea ad
dñm clamaui: ⁊ exaudiuit me de mõte ſancto
ſuo. Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſũ: ⁊ exurrexi
quia dñs ſuſcepit me. Nõ timebo milia po-
puli circũdantis me: exurge dñe ſaluũ me fac
deus meus. Qm̃ tu ꝑcuſſiſti omẽs aduerſan
tes mihi ſine cauſa: dentes pctõꝝ contriuiſti
Dñi eſt ſalus: ⁊ ſup populuꝫ tuũ benedictio (tua.

Domine ne in furore tuo ar Ps. vj.
guas me: neqꝫ in ira tua corripias me.
Miſerere mei dñe qm̃ infirmus ſuꝫ: ſana me

dñe qm̄ conturbata ſunt oſſa mea. Et anīa mea turbata eſt valde: ſed tu domīe uſqʒquo. Conuertere dñe et eripe animā meā: ſaluū me fac ꝑpter miſericordiā tuā. Qm̄ non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū: lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omēs inimicos meos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meā: dominus orationē meā ſuſcepit. Erubeſcant et cōturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertanť et erubeſcāt valde velociter.

In aduentu Antiphona. Veniet ecce rex excelſus cū poteſtate magna ad ſaluādas gentes alleluia. Añ.

Confortate manus diſſolutas. Euouae.

Per annũ Añ. Seruite domino in timore et exultate ei cũ tremore. Añ. Deus iudex iuſtus. Euouae.

Domine deus meus in te ſperaui: Ps. vij
ſaluũ me fac ex oibus pſequentib⁹ me
⁊ libera me. Ne qñ rapiat vt leo animã meã:
dum nõ eſt qui redimat neqȝ qui ſaluũ faciat.
Dñe deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniqtas in
manibus meis. Si reddidi retribuentib⁹ mi-
hi mala: decidã merito ab inimicis meis ina-
nis. Perſequat inimicus animã meã et cõ-
prehendat: et cculcet in terra vitã meã: ⁊ glo-
riã meã in puluerez deducat. Exurge dñe in
ira tua: ⁊ exaltare in finibus inimicoꝝ meoꝝ.
Et exurge dñe deus meus in pcepto qd mã-
daſti: et ſynagoga poploꝝ circũdabit te. Et
ꝓpter hãc in altũ regredere: dñs iudicat popu-
los. Iudica me dñe ſcdm iuſticiã meã: ⁊ ſcdm
innocentiã meã ſup me. Conſumet neqtia
peccatoꝝ et diriges iuſtum: ſcrutans corda ⁊
renes deus. Iuſtum adiutoriũ meũ a dño:

q̇ ſaluos facit rectos corde. Deꝰ iudex iuſtus
fortis ꝛ patiens: nunq̇d iraſcet̃ ꝑ ſingulos di
es. Niſi cõuerſi fueritis gladiũ ſuũ vibrauit:
arcũ ſuũ tetendit ꝛ parauit illũ. Et in eo pa-
rauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardẽtibus
effecit. Ecce parturit iniuſticiã: ꝯcepit dolorẽ
et peperit iniquitatẽ. Lacũ aperuit ꝛ effodit
eũ: ꝛ incidit in foueã quã fecit. Conuertet̃ do
lor eius i caput eius: ꝛ in verticẽ ipſius iniqui
tas eius deſcendet. Cõfitebor dño ſcđm iuſti
ciã eius: ꝛ pſallã nomĩ dñi altiſſimi. Ps. viij.
Domine dñs noſter: ꝙ admirabile eſt no
men tuũ in vniuerſa terra. Quõ eleua
ta eſt magnificentia tua ſup celos. Ex ore in
fantiũ ꝛ lactentiũ perfeciſti laudẽ ꝓpter inimi
cos tuos: ut deſtruas inimicũ ꝛ vltorẽ. Quõ
videbo celos tuos opera digitoꝝ tuoꝝ: lunã ꝛ
ſtellas q̄ tu fundaſti. Quid eſt homo ꝙ me-
mor es eius: aut filius hoĩs qm̃ viſitas eum
Minuiſti eũ paulominꝰ ab ãgelis: glĩa ꝛ ho
nore coronaſti eũ: et cõſtituiſti eũ ſup opa ma
nuũ tuaꝝ. Oĩa ſubieciſti ſub pedibus eius:
oues ꝛ boues vniuerſas inſup ꝛ pecora cãpi.
Volucres celi ꝛ piſces maris: q̇ ꝑambulant

ſemitas marꝫ Dñe dñs noſter: ꝙ admirabi
le eſt nomen tuum in uniuerſa terra. Ps. ix.

Confitebor tibi dñe ĩ toto corde meo: nar
rabo oĩa mirabilia tua. Letabor ⁊ ex-
ultabo ĩ te: pſallã noĩ tuo altiſſime. In cõuer
tendo inimicũ meũ retrorſum: infirmabunt ⁊
peribũt a facie tua. Quĩ feciſti iudiciũ meũ ⁊
cauſam meã: ſediſti ſuꝑ thronũ q̇ iudicas iu-
ſticiã. Increpaſti gẽtes ⁊ periꝫt impius: nomẽ
eoꝝ deleſti ineternũ ⁊ in ſecl'm ſecli. Inimici de
fecerũt framee in finẽ: ⁊ ciuitates eoꝝ deſtruxi
ſti. Periꝫt memoria eoꝝ cũ ſonitu: ⁊ dñs ine-
ternũ ꝑmanet. Parauit in iudicio thronũ ſu
um: ⁊ et ipſe iudicabit orbẽ terre in eq̇tate: iudi
cabit populos ĩ iuſticia. Et factus eſt dñs re
fugiũ pauperi: adiutor ĩ oportunitatib' in tri
bulatiõe. Et ſperẽt ĩ te q̇ nouerũt nomẽ tuũ:
qm̃ nõ dereliquiſti querẽtes te dñe. Pſallite
dño q̇ habitat in ſyon: annũciate inter gẽtes
ſtudia ei'. Qm̃ requirẽs ſanguinẽ eoꝝ recor
datus ẽ: nõ eſt oblitus clamorẽ paupeꝝ. Mi
ſerere mei dñe: vide hũilitatẽ meã de inimicis
meis. Qui exaltas me de portis mortis: ut
annũciem oẽs laudatiões tuas ĩ portis filie

ſyon. Exultabo i ſalutari tuo: infixe ſunt gē
tes in interitu quē fecerūt. In laqueo iſto quē
abſconderūt: cōprehenſus eſt pes eorꝫ. Cog-
noſcet dn̄s iudicia faciēs: in operibꝰ manuū
ſuarꝫ cōprehēſus eſt pctōr. Conuertant pctō
res in infernū: oēs gentes q̄ obliuiſcunt deū.
Qm̄ nō in finē obliuio erit pauperꝫ: patien-
tia pauperꝫ non peribit in finē. Exurge dn̄e
nō ꝯfortet homo: iudicent gentes in ꝯſpectu
tuo. Conſtitue dn̄e legiſlatorē ſup eos: ut ſci
ant gentes qm̄ hoies ſunt. Ut qd dn̄e receſ-
ſiſti longe: deſpicis in oportunitatibꝰ in tribu
latione. Dū ſupbit impius incendit paup:
cōprehendunt in ꝯſiliis quibꝰ cogitāt. Qm̄
laudat pctōr in deſideriis aie ſue: et iniquus
bn̄dicit. Exacerbauit dn̄m pctōr: ſcd̄m mul
titudinē ire ſue nō queret. Nō eſt deus in con
ſpectu eius: inquinate ſunt vie illius in omi tpe
Auferunt iudicia tua a facie eius: oim inimi
corꝫ ſuorꝫ dn̄abit. Dixit enī in corde ſuo: non
mouebor a generatiōe i generationē ſine ma
lo. Cuius maledictiōe os plenū eſt ꝛ amari
tudine ꝛ dolo: ſub lingua eius labor et dolor.
Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis:

ut īterficiat innocentē. Oculi eiꝰ in pauperē
reſpiciūt: inſidiať in abſcōdito q̃ſi leo in ſpelū
ca ſua. Inſidiať ut rapiat pauperē: rapere
pauperē dū attrahit eū In laqueo ſuo humi
liabit eū: inclinabit ſe ⁊ cadet cū dñatus fuerit
pauperū. Dixit eñ in corde ſuo oblitꝰ eſt deꝰ:
auertit faciem ſuā ne videat in finē. Exurge
dñe deus ⁊ exalteť manus tua: ne obliuiſcarꝭ
pauperū. Propter q̄d irritauit impius deū: di-
xit eñ in corde ſuo nō requiret. Vides qm̄ tu
laborē ⁊ dolorē ꝯſideras: ut tradas eos in ma
nus tuas Tibi derelictus eſt pauper: orpha
no tu eris adiutor. Contere brachiū pctōris
et maligni: quereť peccatū illius ⁊ nō inueni-
etur. Dñs regnabit ineternū ⁊ in ſeculū ſecu
li: peribitis gētes de terra illius. Deſideriū
pauperū exaudiuit dñs: preparationē cordis
eorū audiuit auris tua. Iudicare pupillo et
humili: ut non apponat ultra magnificare ſe
IN dño confido: Pš. x. (homo ſup terrā.
quō dicitis anie mee tranſmigra in mō
tem ſicut paſſer Qm̄ ecce pctōres intenderūt
arcū: parauerūt ſagittas ſuas in pharetra:
ut ſagittēt in obſcuro rectos corde. Qm̄ q̃ per

fecisti deſtruxerũt: iuſtus aũt qd fecit. Dñs in tẽplo ſctõ ſuo: dñs in celo ſedes eius. Oculi eius in pauperem reſpiciũt: palpebre eius interrogãt filios hominũ. Dñs interrogat iuſtum et impiũ: q aũt diligit iniquitatẽ odit animã ſuã. Pluit ſup pctõres laqueos: ignis ſulphur ⁊ ſpiritus procellarũ pars calicis eorũ. Qm̃ iuſtus dñs ⁊ iuſticias dilexit: equitatẽ vidit vultus eius. Tpe aduentus Añ.

Confortate manus diſſolutas: confortamini: dicite ecce deus noſter veniet et ſaluabit nos alleluia. Añ

Gaudete oẽs. Euouae. Añ. Deus iudex iuſtus fortis et longanimis nunquid iraſcetur p ſingulos dies. Añ. Tu domine. Euouae.

SAluū me fac dn̄e qm̄ defecit ſan Pſ. xi.
ctus: qm̄ diminute ſunt veritates a fili-
js hominū. Vana locuti ſunt vnuſquiſqꝫ ad
proximū ſuū: labia doloſa in corde ⁊ corde locu
ti ſunt. Diſpdat dn̄s vniuerſa labia doloſa:
et linguā magniloquā. Qui dixerūt linguā
noſtrā magnificabimus: labia noſtra a no-
bis ſunt: q̄s noſter dn̄s eſt. Propter miſeriā
inopū et gemitum pauperꝫ: nūc exurgā dicit
dn̄s. Ponā in ſalutari: fiducialiter agam in
eo. Eloquia dn̄i eloquia caſta: argentū igne
examinatū probatū terre purgatū ſeptuplū
Tu dn̄e ſeruabis nos ⁊ cuſtodies nos: a ge-
neratiōe hac in eternū. In circuitu impij am
bulant: ſcđm altitudinē tuā multiplicaſti fili-
VSquequo dn̄e ob Pſ. xij. os hominū.
liuiſceris me in finē: vſqꝫ quo auertis fa
ciem tuā a me. Quādiu ponā ꝯſilia in aīa
mea: dolorē in corde meo ꝑ diem. Vſqꝫ quo ex
altabitur inimicus meus ſuꝑ me: reſpice ⁊ ex
audi me dn̄e deus meus. Illumina oculos
meos ne vnq̄ obdormiam in morte: ne quādo
dicat inimicus meus preualui aduerſus eū.
Qui tribulāt me exultabūt ſi motus fuero:

ego aūt ī miſc̄dia tua ſperaui. Exultabit coꝛ
meū in ſalutari tuo: cantabo dn̄o q̄ bona tri-
buit mihi: et pſallam nomini dn̄i altiſſimi.

Dixit inſipiens in corde ſuo: nō Ps. xiij.
eſt deus. Corrupti ſunt ⁊ abominabi-
les facti ſunt in ſtudijs ſuis: nō eſt q̄ faciat bo
nū nō eſt uſq3 ad unū. Dn̄s de celo proſpexit
ſup filios hominū: ut uideat ſi eſt intelligens
aut requirēs deū. Oēs declinauerūt ſimul
inutiles facti ſunt: nō eſt q̄ faciat bonū nō eſt
uſq3 ad unū. Sepulchrū patēs eſt guttur eo-
rū: linguis ſuis doloſe agebāt: venenū aſpi
dū ſub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictione ⁊
amaritudine plenū eſt: veloces pedes eoꝝ ad
effundendū ſanguinē. Cōtritio ⁊ infelicitas
in vijs eoꝝ: et viā pacis nō cognouerūt: nō eſt
timor dei ante oculos eoꝝ. Nōne cognoſcēt
oēs q̄ operant̄ iniquitatē: qui deuorāt plebē
meā ſicut eſcā panis. Dn̄m nō inuocauerūt:
illic trepidauerunt timore ubi nō erat timor.
Qm̄ dn̄s in generatiōe iuſta eſt: cōſiliū ino-
pis cōfudiſtis: qm̄ dn̄s ſpes eiꝰ eſt. Quis da
bit ex ſyō ſalutare iſrl': cū auerterit dn̄s capti
uitatē plebꝭ ſue: exultabit iacob ⁊ letabit̄ iſrl'.

Domine q̄s habitabit ĩ taber Ps. xiiij.
naculo tuo: aut q̄s requieſcet in monte
ſctō tuo. Qui ingredit̄ ſine macla: et operat̄
iuſticiā Qui loquit̄ veritatē in corde ſuo: qui
nō egit dolū in lingua ſua. Nec fecit proxio
ſuo malū: ⁊ opp̄briū nō accepit aduerſus pro
ximos ſuos. Ad nihilū deductus eſt in ↄſpe-
ctu eius malignus: timētes aūt dn̄m glificat
Qui iurat ꝓximo ſuo ⁊ nō decipit: q̄ pecuni
am ſuā nō dedit ad vſurā: ⁊ munera ſup inno
centes nō accepit. Qui facit hec: nō mouebi
tur ineternū.

De aduentu Antiphona. Gaudete omnes et letamini: ecce
quia veniet dominus vltionis adducet retributionē

Tēpore aduētus. V. Ex ſyon ſpecies deco-
ipſe veniet et ſaluabit nos. ( ris eius. Rm̄. De-
us noſter manifeſte veniet. Antiphona.

Tu domine ſeruabis nos et cuſto dies nos. V.

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00030

Memoꝛ fui nocte nois tui dñe. ℟. Et cuſtodi-
ui legē tuā.

Tpe paſcali. Antiph. Alleluia lapis reuolutus eſt alleluia ab oſtio monumenti alleluia alleluia. ℣.

Surrexit dñs de ſepulchro: allia. ℟. Qui pro nobis pepēdit in ligno allia. In .ij. noctur. de aduētu antiph. Gaude et letare. Euouae. Tēpore paſcali Aña. Alleluia. Euouae. aña. Honoꝛ meoꝛ.

Conſerua me dñe Ps. xv. qm̄ ſperaui i te: dixi dño deꝰ meus es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ non eges. Euouae. Sanctis q̄ ſunt in terra eius: mirificauit oēs voluntates meas i eis. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ: poſtea accelerauerūt. Non ɔgregabo cōuenticla eoꝝ de ſanguinibus: nec memoꝛ ero noim eoꝝ per labia mea Dñs pars hereditatis mee ꝛ calicis mei: tu

es q̄ reſtitues hereditatē meā mihi. Funes
ceciderūt mihi in p̄claris: etenī hereditas mea
p̄clara eſt mihi. Benedicā dñm q̄ tribuit mi-
hi intellectū: inſup ⁊ vſqz ad noctē increpuerīt
me renes mei. Prouidebam dñm in ꝯſpectu
meo ſemp: qm̄ a dextrꝭ eſt mihi ne cōmouear.
Propter h̄ letatū eſt coꝛ meū: ⁊ exultauit lin
gua mea: inſup et caro mea requieſcet in ſpe.
Qm̄ nō derelinques animam meā in infer-
no: nec dabis ſanctū tuū videre coꝛruptionē.
Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me
leticia cū vultu tuo: delectatiōes i dextera tua
vſqz in finē.

In aduētu Antiphōa Gaude et letare filia hieruſa lem:
ecce rex tuus veniet ti bi: ſyon noli timere quia cito
veniet ſalus tua. Añ Rex noſter adueniet xp̄s.
Euouae añ Bonoꝝ meoꝝ nō indiges: in te ſpe

ra ui cōſerua me domine. añ. Propter verba.
Exaudi dñe iuſticiā Ps. xvj.
meā: intēde dep̄catione̅ meā
Auribꝫ percipe oratione̅ meā: nō (Euouae.
in labijs doloſis. De vultu tuo iudiciū meū
p̄deat: oculi tui videāt eq̇tates. Probaſti cor
meū et viſitaſti nocte: igne me examinaſti et
nō eſt inuēta i me iniq̇tas. Ut nō loquat̄ os
meū opera hoim: ꝓpter v̄ba labiorꝫ tuorꝫ ego
cuſtodiui vias duras. Perfice greſſus me-
os in ſemitis tuis: ut non moueant̄ veſtigia
mea. Ego clamaui qm̄ exaudiſti me deꝰ: in
clina aurē tuā mihi ⁊ exaudi verba mea. Mi
rifica miſcdias tuas: q̇ ſaluos facis ſperātes
in te. A reſiſtentibꝰ dextere tue cuſtodi me: ut
pupillā oculi. Sub umbra alarꝫ tuarꝫ ꝓtege
me: a facie impiorꝫ q̇ me afflixerūt. Inimici
mei animā meā circūdederūt: adipē ſuū ↄclu
ſerūt: os eorꝫ locutū eſt ſuperbiā. Proijcien-
tes me nūc circundederūt me: oculos ſuos ſta
tuerūt declinare in terrā. Susceperunt me ſi
cut leo paratus ad predā: et ſicut catulus leo-

nis habitãs in abditis. Exurge dñe preue-
ni eũ ⁊ ſupplanta eũ: eripe animã meã ab im
pio: frameam tuã ab inimicis manus tue.
Domine a paucis de terra diuide eos ĩ vita
eoꝝ: de abſconditis tuis adipletus eſt venter
eoꝝ. Saturati ſunt filijs: ⁊ dimiſerũt reliqui
as ſuas paruulis ſuis. Ego autẽ in iuſticia
apparebo cõſpectui tuo: ſatiabor cum appa-
ruerit gloria tua. In aduentu Antiphona.

Rex noſter adue niet chriſtus quẽ iohãnes predi

di cauit agnũ eſſe venturũ. añ. Ecce venio cito.

Euouae. añ. Propter verba labiorum tuorum

ego cuſtodiui vias duras. Añ. Diligam te.

Diligã te dñe fortitu Ps. xvij
do mea: dñs firmamẽtũ meũ
et refugiũ meum ⁊ liberator meus (Euouae.

Deus meus adiutoꝛ meus: ⁊ ſperabo in eū
Pꝛotectoꝛ meus ⁊ coꝛnu ſalutis mee: ⁊ ſuſce-
ptoꝛ meus. Laudās iuocabo dn̄m: ⁊ ab ini-
micis meis ſaluus ero. Circūdederūt me dolo
res moꝛtiſ: ⁊ toꝛrētes iniqtatis ꝯturbauerūt
me. Doloꝛes inferni circūdederūt me: p̄occu
pauerūt me laquei moꝛtis. In tribulatione
mea inuocaui dn̄m: ⁊ ad deū meum clamaui.
Et exaudiuit de tēplo ſctō ſuo vocē meā: ⁊ cla
moꝛ meꝰ in ꝯſpectu eiꝰ introiuit ī aures eius.
Cōmota eſt ⁊ cōtremuit terra: et fundamē-
ta montiū cōturbata ſunt ⁊ cōmota ſunt: qm̄
iratus eſt eis. Aſcendit fumus in ira eius:
et ignis a facie eius exarſit: carbones ſuccen
ſi ſunt ab eo Inclinauit celos ⁊ deſcendit: ⁊ ca
ligo ſub pedibꝰ eius. Et aſcendit ſuꝑ cheru-
bin ⁊ volauit: volauit ſuꝑ pēnas ventoꝝ Et
poſuit tenebꝛas latibulū ſuū: in circuitu eiuſ
tabernaculū eius: tenebꝛoſa aqua in nubibꝰ
aerꝫ. Pꝛe fulgoꝛe in ꝯſpectu eius: nubes trā
ſierūt grando ⁊ carbones ignis Et intonuit
de celo dn̄s: et altiſſimus dedit vocem ſuam:
grando ⁊ carbones ignis. Et miſit ſagittas
ſuas et diſſipauit eos: fulgura multiplicauit

et conturbauit eos. Et apparuerunt fontes
aquaꝝ: ⁊ reuelata ſunt fundamēta orbis ter
raꝝ Ab increpatiōe tua dñe: ab inſpiratiōe
ſpūs ire tue. Miſit de ſummo et accepit me: et
aſſumpſit me de aquis multis. Eripuit me
de inimicis meis fortiſſimis: et ab his q̄ ode
rūt me: qm̄ confortati ſunt ſup me. Preuene
rūt me in die afflictionis mee: ⁊ factus eſt dñs
protector meus. Et eduxit me in latitudinē:
ſaluū me fecit qm̄ voluit me. Et retribuet mi
hi dñs ſcd̄m iuſticiam meā: et ſcd̄m puritatē
manuū meaꝝ retribuet mihi. Quia cuſtodi
ui vias dñi: nec impie geſſi a deo meo. Quo
niam om̄ia iudicia eius in cōſpectu meo: ⁊ iu
ſticias eius nō repuli a me. Et ero imacula
tus cū eo: ⁊ obſeruabo me ab iniquitate mea
Et retribuet mihi dñs ſcd̄m iuſticiam meā:
et ſcd̄m puritatē manuū mearū in conſpectu
oculoꝝ eius. Cū ſancto ſanctus eris: ⁊ cū vi
ro innocente innocens eris. Et cū electo elec
tus eris: et cū peruerſo peruerteris. Qm̄ tu
populū humilem ſaluū facies: ⁊ oculos ſuper
boꝝ humiliabis Qm̄ tu illuminas lucernā
meā dñe: deus meus illumina tenebras me-

as. Qm̄ in te eripiar a tentatione: et in deo meo trauſgrediar murū. Deus meus īpolluta via eius: et eloquia dn̄i igne examinata: protector eſt omniū ſperantiū in ſe. Quoniā quis deus preter dn̄m: aut quis deus preter deū noſtrū. Deus qui precinxit me virtute: et poſuit immaculatā viam meā. Qui perfecit pedes meos tanq̄ ceruoꝝ: et ſup excelſa ſtatuens me. Qui docet manus meas ad prelium: et poſuiſti vt arcū ereū brachia mea. Et dediſti mihi protectionē ſalutis tue: et dextera tua ſuſcepit me Et diſciplina tua correxit me in finē: et diſciplina tua ipſa me docebit Dilataſti greſſus meos ſubtus me: et nō ſunt infirmata veſtigia mea Perſequar inimicos meos et cōprehendā illos: et non conuertar donec deficiant. Confringā illos nec poterūt ſtare: cadēt ſubtus pedes meos. Et precinxiſti me virtute ad bellū: et ſupplantaſti inſurgētes in me ſubtus me. Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: et odientes me diſperdidiſti. Clamauerūt nec erat qui ſaluos faceret: ad dn̄m nec exaudiuit eos. Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutū plateaꝝ

delebo eos. Eripies me de cõtradictionibus
populi: cõſtitues me in caput gentiũ. Popu-
lus quẽ nõ cognoui ſeruiuit mihi: in auditu
auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſũt
mihi: filij alieni inueterati ſunt: ⁊ claudicaue
runt a ſemitis ſuis. Viuit dñs ⁊ benedictus
deus meus: ⁊ exaltet̃ deus ſalutis mee. Deꝰ
qui das vindictas mihi: et ſubdis populos
ſub me: liberator meus de inimicis meis ira-
cundis. Et ab inſurgentibꝰ in me exaltabis
me: a viro iniquo eripies me. Propterea cõ
fitebor tibi in nationibus dñe: et nomini tuo
pſalmum dicam. Magnificãs ſalutes regis
eius: et faciens miſcdiã xpo ſuo dauid: et
ſemini eius uſqꝫ in ſeculũ. In aduentu. Añ.

ECce venio cito: et merces me a mecum
eſt dicit dominus: dare vnicui qꝫ ſecundum
o pera ſua.

℣. Emitte agnũ dñe dominato
rẽ terre. ℟. De petra deſerti: ad
(montẽ filie ſyon. Alio tpe añ.

Diligā te domīe virt⁹ mea. ℣. Qm̄ tu illuminas lucernā meā dñe. ℟. Deus me⁹ illumīa tenebras meas. T pe paſ. añ.

Alleluia: quem queris mulier: alleluia viuentem cum mortuis alleluia alleluia. ℣. Surrexit dñs vere all'a. ℟. Et apparuit ſymoni alleluia. In tertio nocturno de aduētu antipho.

Gabriel angelus. Euouae. Tēpore paſcali. Antiph.

Alleluia. Euouae. añ. Non ſunt loquele (Euouae.

Celi enarrāt gloriā Ps. xviij dei: ⁊ opa manuū eius annūciat firmamētū. Dies diei eructat verbū: et nox nocti indicat ſcientiā. Nō ſunt loquele neq₃ ſermones: quoꝝ nō audiant voces eoꝝ. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. In ſole poſu-

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00039

it tabernaculũ ſuũ: et ipſe tanq̃ ſponſus ꝓce-
dens de thalamo ſuo. Exultauit vt gygas
ad currendã viã: a ſummo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq3 ad ſummũ eius: nec ē
qui ſe abſcõdat a calore eius. Lex dñi imma
culata cõuertens aĩas: teſtimoniũ dñi fide-
le ſapienciã preſtans paruulis. Iuſticie dñi
recte letificãtes corda: preceptũ dñi lucidũ illu
minãs oculos. Timor dñi ſctũs ꝑmanẽs in
ſclm̃ ſcli: iudicia dñi vera iuſtificata in ſemet
ipſa. Deſiderabilia ſuꝑ aurũ ⁊ lapidẽ precio
ſum multũ: ⁊ dulciora ſuꝑ mel ⁊ fauũ. Etenĩ
ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis
retributio multa. Delicta q̇s itelligit? ab oc
cultis meis mũda me: ⁊ ab alienis parce ſuo
tuo. Si mei nõ fuerint dñati: tunc imacula
tus ero: et emũdabor a delicto maximo. Et
erũt vt cõplaceãt eloq̇a oris mei: ⁊ meditatio
cordis mei in conſpectu tuo ſemꝑ.
Domine adiutor meus: et redẽ-
ptor meus. In aduentu Aña. Gabriel

angelus locutus eſt ma ri e dicens: aue gratia ple

na dominus tecū benedicta tu inter mulie res: et

benedictus fructus vētris tui. añ Maria dixit.

Euouae. añ. Non ſunt loquele neq₃ ſermones:

quoꝝ nō audiātur vo ces eoꝝ añ Exaudiat.

Exaudiat te dñs in Ps. xix. die tribulacōis: ꝓtegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxiliū (Euouae. de ſancto: et de ſyon tueatur te. Memoꝛ ſit oīs ſacrificij tui: et holocauſtum tuū pingue fiat. Tribuat tibi ſcd̄m coꝛ tuū: ꝛ omne ꝯſiliū tuū confirmet. Letabimur in ſalutari tuo: et in nomīe dei noſtri magnificabimur Impleat dn̄s oēs petitiones tuas: nūc cognoui qm̄ ſaluū fecit dn̄s chꝛiſtū ſuū. Exaudiet illū de celo ſctō ſuo: in potentatibus ſalus dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos autem in

noīe dñi dei nr̄i inuocabimus. Ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderunt: nos aūt ſurreximus ⁊ erecti ſumus. Dñe ſaluū fac regē: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te. In aduentu. Añ

MAria dixit: putas qualis eſt iſta ſalutatio quia cõturbata eſt anima mea: et quia paritura ſū regē qui clauſtrū virginitatis mee nō violabit. añ.

In aduentu. Euouae. añ Exaudiat te dominus in die tribulationis. Añ. Domine.

Domīe in virtute tua Ps. xx

letabit rex: et ſup ſalutare tuum exultabit vehemēter. Deſideriū cordis eius tribuiſti ei: ⁊ volūtate labiorū eius nō fraudaſti eum. Qm̄ preueniſti eū in

Euouae.

in bñdictionib⁹ dulcedis: posuisti i capite eius
corona de lapide precioso. Vitā petijt a te ꝛ tri
buisti ei: longitudinē dieꝝ in seculū ꝛ in seculū
secli. Magna est glia eius in salutari tuo: glo
riā ꝛ magnū decorē impones sup eū. Qm̄ da
bis eū in bñdictionē in seculū secli: letificab eū
in gaudio cū vultu tuo. Qm̄ rex sperat i dño:
ꝛ in miscd̄ia altissimi non cōmouebit. Inue
niat manus tua oibus inimicis tuis: dexte
ra tua inueniat oēs q̄ te oderūt. Pones eos
vt clybanū ignis in tpe vultus tui: dñs in ira
sua conturbabit eos et deuorabit eos ignis.
Fructū eoꝝ de terra pdes: et semē eoꝝ a filijs
hoīm. Qm̄ declinauerūt in te mala: cogitaue
runt ꝯsilia q̄ non potuerūt stabilire. Qm̄ po
nes eos dorsum: in reliquijs tuis preparabis
vultū eoꝝ. Exaltare dñe in virtute tua: cāta
bimus ꝛ psallem⁹ ꝟtutes tuas. In aduē. añ

In aduen tu summi re gis mundētur corda

hominū: vt digne ambulemus in occursum illius:

Sequēs ꝟ. dicit̃ in aduentu. Egrediet̃ quia ecce veniet et nō tardabit. (dñs de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet vt ſaluet populum ſuum.

Alio tēpore añ. D omine in virtute tua leta bitur rex. ꝟ. Exaltare dñe in virtute tua. ℟. Cantabimus ⁊ pſallemus virtutes tuas.

Tpe paſcali. Añ. A lleluia: noli flere maria alle luia: reſurrexit dominus alleluia: alle luia.

Tpe paſcali ꝟ. Gauiſi ſunt diſcipuli alla. ℟. Viſo dño alla. Cāticū ambroſij ⁊ auguſtini.

T E deū laudamus: te dñm ꝯfitemur. Te eternū patrē: oīs terra venerat̃. Tibi oēs angeli: tibi celi ⁊ vniuerſe poteſtates. Tibi cherubī ⁊ ſeraphin: īceſſabili voce ꝓclamāt. Sanctus. Sctūs. Sctūs dñs de⁹ ſabaoth. Pleni ſūt celi ⁊ terra: maieſtatis glie tue. Te glo

rioſus aploꝝ chor⁹ Te pphetarꝫ laudabilis
numer⁹ Te martirū cādidatus laudat exer
citus Te p orbē terrarꝫ ſctā ɔfitet eccl'ia Pa
trē imenſe maieſtatis Venerandū tuū verꝫ:
et unicū filiū. Sanctū ꝗꝫ paraclitū ſpiritū.
Tu rex glorie xp̄e. Tu patri ſempitern⁹ es
filius. Tu ad liberādū ſuſceptur⁹ hoiem: nō
horruiſti virgis vteꝝ. Tu devicto morti acu
leo: aperuiſti credentib⁹ regna celoꝝ. Tu ad
dexterā dei ſedes: i glia p̄ris Iudex crederi eſſe
vētur⁹. Te ergo qs famulis tuis ſubueni: qs
p̄cioſo ſanguie redemiſti. Eterna fac cū ſctis
tuis glia munerari. Saluū fac populū tuū
dn̄e: et bn̄dic hereditati tue. Et rege eos: et ex
tolle illos uſqꝫ in eternū. Per ſinglos dies be
nedicimus te. Et laudamus nomē tuū in ſe
culū: et in ſecl'm ſecl'i. Dignare dn̄e die iſto ſine
pctō nos cuſtodire. Miſerere nr̄i dn̄e: miſere-
re nr̄i. Fiat miſcdia tua dn̄e ſup nos: quēad
modū ſperauimus i te. In te dn̄e ſperaui nō
ɔfundar in eternū. Ab octa. epiphie uſqꝫ ad
dn̄icā. lxx. et ab octa.
penth. uſqꝫ ad aduē.
tū. Ad laudes aña. Alle luia. Euouae.

Tēpore Paſcali antiph. A Lleluia alle luia. Euouae. Pſalmus .xcij.

DOmin⁹ regnabit decorē indut⁹ eſt: indu
tus ē dñs fortitudinē ⁊ pcinxit ſe. Etenī
firmauit orbē terre: q̇ nō ɔmouebit᷑. Parata
ſedes tua ex tūc: a ſeculo tu es. Eleuauerūt flu
mina dñe: eleuauerūt flumīa vocē meā. Ele
uauerūt flumīa fluctus ſuos: a vocib⁹ aqua-
rū multaꝝ. Mirabiles elatiōes maris: mira
bilis ī altis dñs. Teſtimonia tua credibilia
facta ſunt nimiſ: domū tuā decet ſāctitudo dñe

IVbilate deo Ps. xc. in longitudīe dieꝝ.
oīs terra: ſeruite dño in leticia. Introite
in ɔſpectu ei⁹: in exultatiōe. Scitote qm̄ dñs
ipſe eſt de⁹: ipſe fecit nos ⁊ nō ipſi nos. Popu
lus ei⁹ ⁊ oues paſcue ei⁹: introite portas eiuſ
in ɔfeſſione: atria ei⁹ in hymnis ɔfitemini illi.
Laudate nomē ei⁹ qm̄ ſuauis ē dñs: ī eter
nū miſcdia ei⁹: ⁊ vſq3 in generationē ⁊ gñatio

DEus deus me Ps. xxiiij. nē veritas ei⁹
us: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aīa
mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. In terra
deſerta inuīa ⁊ inaq̊ſa: ſic ī ſctō apparui tibi: vt
viderē ɔ̄tutē tuā ⁊ gloriā tuā. Qm̄ melior eſt

miſcdia tua ſup vitas: labia mea laudabūt te
Sic bñdicā te in vita mea: ⁊ in noīe tuo leua-
bo man⁹ meas. Sicut adipe ⁊ pinguedīe re
pleaſ aīa mea: ⁊ labijs exultatiōis laudabit
os meū Si memor fui tui ſuper ſtratū meū:
in matutinis meditabor ī te: quia fuiſti adiu
tor meus. Et in velamēto alaꝝ tuaꝝ exulta
bo: adheſit aīa mea poſt te: me ſuſcepit dexte
ra tua Ipſi ꝟo in vanū queſierūt animā me
am: introibūt in inferiora terre: tradenſ in ma
nus gladij partes vulpiū erūt. Rex ꝟo leta-
biſ in deo: laudabunſ oēs q̇ iurāt in eo: q2 ob
O ſtructū eſt os loquentiū iniq̄. Ps. lxvj.
Deus miſereaſ nr̄i ⁊ bñdicat nobis: illu
minet vultū tuū ſup nos ⁊ miſereaſ nr̄i. Ut
cognoſcamus in terra viā tuā: in oībus gēti-
b⁹ ſalutare tuū. Cōfiteanſ tibi ppli deus: cōfi
teanſ tibi ppli oēs. Letenſ et exultēt gētes:
qm̄ iudicas poplos ī eq̄tate: ⁊ gētes ī terra di
rigis. Cōfiteanſ tibi ppli deus: cōfiteanſ tibi
ppli oēs: terra dedit fructū ſuū. Bñdicat nos
deus de⁹ nr̄: bñdicat
nos de⁹: ⁊ metuāt eū
oēs fines terre. Añ. Alle luia alleluia añ

Tempore paſcali: Aña.

T Res pueri iuſ ſu regis. Euouae.

A Lleluia alle luia alleluia: allelu ia alleluia
alleluia: alleluia alleluia alle luia alleluia. Aña.

Cāticū pueroꝝ. S Urrexit chriſtus. Euouae.

B Enedicite
oīa opera
dñi dño: laudate ⁊ ſuperaltate eū in ſecła. Be
nedicite angeli dñi dño: bñdicite celi dño. Bñ
dicite aque oēs que ſup celos ſunt dño: bñdici
te oēs virtutes dñi dño Benedicite ſol ⁊ luna
dño: bñdicite ſtelle celi dño. Bñdicite ymber ⁊
ros dño: bñdicite oīs ſpūs dei dño. Bñdicite
ignis ⁊ eſtus dño: bñdicite frigus ⁊ eſtas dño
Bñdicite rores ⁊ pruina dño: bñdicite gelu ⁊
frigus domino. Benedicite glacies et niues
dño: bñdicite noctes ⁊ dies dño. Bñdicite lux
et tenebre dño: bñdicite fulgura ⁊ nubes dño.
Benedicat terra dñm: laudet ⁊ ſuperaltet eū

in ſecula. B ñdicite mõtes ꝛ colles dño: bene-
dicite vniuerſa germinãtia in terra dño. B e
nedicite fontes dño: bñdicite maria et flumĩa
dño B enedicite cete ꝛ oĩa q̃ mouent̃ in aquis
dño: bñdicite oẽs volucres celi dño B enedici
te oẽs beſtie et pecoꝛa dño: bñdicite filij hoĩm
dño. B enedicat iſrl' dñm: laudet et ſuperexaltet
eũ in ſecl'a. Benedicite ſacerdotes dñi dño: bñ
dicite ſerui dñi dño B enedicite ſpũs ꝛ anime
iuſtoꝝ dño: bñdicite ſancti ꝛ humiles coꝛde do
mino B ñdicite anania azaria miſahel dñm:
laudate ꝛ ſuperexaltate eũ in ſecula. B enedica
mus patrẽ ꝛ filium cũ ſctõ ſpiritu: laudemus
ꝛ ſuperexaltemus eũ in ſecula. B enedictus es
dñe in firmamẽto celi: lau
dabilis ꝛ glorioſus ꝛ ſup-
exaltatus in ſecula. Añ. T res pueri iuſſ ſu
regis ĩ foꝛnace miſſi ſunt nõ timẽtes flãmã ignis dicẽ
tes benedictus deus. añ. A lleluia. E u o u a e.

Tempoꝛe paſcali Antiphona.

Surrexit chriſtus de ſepulcro: qui libera uit tres
pue ros de camino ignis ardentis alleluia. Aña.

Lau Ps. xlviij.
Laudate dñm de celis: laudate eũ in excelſis Alle luia. Euouae.

Laudate eũ oẽs angeli eius: laudate eũ omnes virtutes ei⁹. Laudate eũ ſol ⁊ luna: laudate eũ oẽs ſtelle et lumẽ. Laudate eũ celi celoꝝ: ⁊ aque q̃ ſup celos ſunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit ⁊ creata ſunt Statuit ea in ſeculũ ⁊ in ſeculum ſeculi: p̃ceptũ poſuit et nõ p̃teribit. Laudate dñm de terra: dracones et oẽs abyſſi. Ignis grãdo nix glacies ſpũs p̃cellaꝝ: q̃ faciũt verbũ eius. Mõtes ⁊ oẽs colles: ligna fructifera et oẽs cedri. Beſtie ⁊ uniuerſa pecora: ſerpentes ⁊ volucres pẽnate. Reges terre ⁊ oẽs populi: pꝛĩcipes ⁊ oẽs iudices terre. Iuuenes ⁊ virgĩes ſenes cũ iunioꝛib⁹ laudẽt nomẽ dñi: q꞉ exaltatũ eſt nomẽ eius ſolius. Confeſſio

eius ſup celū ⁊ terrā: ⁊ exaltabit cornu ꝓpli ſui
Hymnus oībus ſāctis eius: filijs iſrael popu
lo appropinquāti ſibi. alla. Cātate dño can
ticū nouū: laus eius in eccleſia ſctōꝝ. Leteť
iſrael in eo q̇ fecit eū: ⁊ filie ſyon exultent ī rege
ſuo. Laudēt nomē eius ī choro: in tympano
et pſalterio pſallent ei. Quia beneplacitū eſt
dño in ꝓplo ſuo: et exaltabit manſuetos in ſa-
lutē. Exultabūt ſancti in gloria: letabunť in
cubilib᷒ ſuis. Exultatiōes dei in gutture eo-
rū: ⁊ gladij ancipites in manib᷒ eoꝝ. Ad fa
ciendā vindictā in nationibus: increpatiōes
in populis. Ad alligādos reges eoꝝ in cōpe
dibus: ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Ut
faciāt in eis iudiciū ꝯſcriptū: glia hec eſt omī-
bus ſāctis eius. alla. Laudate dñm in ſan-
ctis eius: laudate eū in firmamento virtutis
eius. Laudate eū in virtutib᷒ eius: laudate
eū ſcdm multitudinē magnitudis ei᷒. Lau-
date eū in ſono tube: laudate eū in pſalterio ⁊
cythara. Laudate eū in tympano et choro:
laudate eū in cordis et organo. Laudate eū
ī cymbalis beneſonātib᷒: laudate eū in cym
balis iubilatiōis: oīs ſpūs laudet dñm. Añ.

A Lle luia alle luia alleluia. Tempore paſcali Antiphõ.

A Lle luia al lelu ia alleluia. Dñicūqꝫ ad nocturnū dicitur Primo dierꝫ: tunc ad laudes dicit̃ ſequēs Hymnus.

E Terne rerū cōditor: noctem diemqꝫ q̄ re
gis: et tēpoꝝ das tēpora vt alleues faſtidiū.
Preco diei iā ſonat noctis ꝓfunde ꝑuigil noc
turna lux viantibus: a nocte noctē ſegregās
Hoc excitatus lucifer: ſoluit polū caligine: h̄
oĩs erroꝝ chorus: viā nocendi deſerit. Hoc
nauta vires colligit: pōtiqꝫ miteſcunt freta h̄
ipſa petra eccleſie: canente culpā diluit. Sur
gamus ergo ſtrēnue: gallus iacētes excitat:
et ſomnolētos icrepat: gallus negātes argu
it. Gallo canēte ſpes redit egris ſalus refun
dit: mucro latrōis cōdit: lapſis fides reuertit
Jeſu labētes reſpice: et nos vidēdo corrige: ſi

respicis lapſi ſtabūt fletuq̧ culpa ſoluit. Tu
lux refulge ſenſib⁹: mentiſq̧ ſomnū diſcute: te
noſtra vox primū ſonet ⁊ ora ſoluamus tibi.
Deo prī ſit glia: eiuſq̧ ſoli filio: cū ſpiritu pa
raclito: ⁊ nūc ⁊ imppetuū. Amen. Quādo ad
noctur. dicit Nocte ſurgētes. tūc ad laudes di
citur ſequens hymn⁹

Ecce iā noctis tenuat umbra lu
cis aurora rutilās coruſcat: niſib⁹ totis rogi
temus oēs cūctipotentē. Ut deus nrī miſeratus oēm pellat languorē tribuat
ſalutē: donet ⁊ nobis pietate patrꝭ regna polo
rū. Preſtet h nobis deitas btā patrꝭ ac nati:
pariterq̧ ſācti ſpūs: cuius reboat in omī glia
mūdo. Amē. ℣. Dñs regnauit decorē induit
℟. Induit dñs fortitudinē ⁊ pcinxit ſe ~~virtute~~
Et dr iſte ℣. dieb⁹ dñicis tm̄: uſq̧ ad dñicā ſep
tuageſime: ⁊ ab octa. penth. uſq̧ ad aduentū.
Tpe paſcali. ℣. In reſurrectiōe tua xpe alla.
℟. Celū ⁊ terra letent: alla. Cāticū zacharie.

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00053

Benedictus dñs deus iſrael: qꝛ viſitauit
⁊ fecit redēptionē plebis ſue. Et erexit
cornu ſalutis nobis: in domo dauid pueri ſui
Sicut locutus eſt ꝑ os ſctōꝝ: q̇ a ſeculo ſunt
ꝓphetaꝝ eius. Salutē ex inimicis nr̄is: ⁊ de
manu oīm q̇ oderūt nos Ad faciendā miſeri
cordiā cū patrib' nr̄is: ⁊ memorari teſtamen
ti ſui ſcti. Iuſiurandū qđ iurauit ad abrahā
patrē noſtrū: daturū ſe nobis. Ut ſine timo
re de manu inimicoꝝ noſtroꝝ liberati: ſeruia
mus illi. In ſāctitate ⁊ iuſticia corā ipſo: omi
bus dieb' noſtrꝭ. Et tu puer ꝓpheta altiſſimi
vocaberꝭ: preibis em̄ ante faciē dn̄i parare vi
as eius Ad dandā ſcientiā ſalutis plebi ei':
in remiſſionē pctōꝝ eoꝝ. Per viſcera miſcdie
dei nr̄i: in quib' viſitauit nos oriens ex alto.
Illūinare his q̇ in tenebris ⁊ in umbra mor
tis ſedēt: ad dirigēdos pedes nr̄os i viā pacis

In diebus ſimplicibus: ad primā Hymnus.

Iam lucis orto ſydere deū

ꝓcemur ſupplices: ut in diurnis actibus nos

Linguā refrenans tēpe
ret: ne litis horror inſonet
ſeruet a nocentib⁹. (Viſum fouēdo cōtegat: ne
vanitates hauriat. Sint pura cordis ītima
abſiſtat ⁊ vecordia: carnis terat ſuperbiā: po
tus cibiq; parcitas. Ut cum dies abſceſſerit
noctēq; ſors reduxerit: mundi ꝑ abſtinentiā:
ipſi canamus gloriā. Deo prī ſit glia: eiuſq;
ſoli filio: cū ſpiritu pa
raclito: ⁊ nūc ⁊ imper
petuū. Amen. Aña Alle luia. Euouae.

Tēpore paſcali: antiphõ.



Alle luia. Euouae. Pſalm⁹. xxi

Deus de⁹ meus reſpice in me: q̄re me de
reliquiſti: longe a ſalute mea ꝟba delic
toꝝ meoꝝ. De⁹ meus clamabo ꝑ diem ⁊ nō
exaudies: ⁊ nocte ⁊ nō ad inſipientiam mihi.
Tu aūt in ſctō habitas: laus iſrl. In te ſpe-
rauerūt pr̄es nr̄i: ſperauerūt ⁊ liberaſti eos.
Ad te clamauerūt ⁊ ſalui facti ſūt: in te ſpera
uerūt ⁊ nō ſunt ꝯfuſi. Ego aūt ſuꝫ vermis et
nō homo: obprobriū hoim ⁊ abiectio plebis.
Oēs vidētes me deriſerūt me: locuti ſunt la-

biſs ⁊ mouerũt caput Sperauit in dño eripi
at eũ: ſaluũ faciat eũ qm̃ vult eũ Qm̃ tu es q̃
extraxiſti me de vẽtre: ſpes mea ab uberibuſ
matrꝫ mee: i te piectus ſũ ex vtero. De vẽtre
matrꝫ mee de⁹ meus es tu: ne diſceſſerꝫ a me.
Qm̃ tribulatio ꝓxima eſt: qm̃ nõ eſt q̃ adiu
uet. Circũdederũt me vituli multi: tauri pin-
gues obſederũt me. Aperuerũt ſup me os ſuũ:
ſicut leo rapiens ⁊ rugiẽs. Sicut aq̃ effuſus
ſum: ⁊ diſpſa ſunt oĩa oſſa mea Factũ eſt cor
meũ tanq̃ cera liqueſcẽs: in medio vẽtrꝫ mei
Aruit tanq̃ teſta ꝟtus mea: et lingua mea
adheſit faucib⁹ meis: ⁊ i puluerẽ mortis dedu
xiſti me. Qm̃ circũdederũt me canes multi: cõ
ciliũ malignãtiũ obſedit me. Foderũt man⁹
meas et pedes meos: dinumeraverũt oĩa oſſa
mea. Ipſi ꝟo ꝯſiderauerũt ⁊ inſpexerũt me:
diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea: ⁊ ſup veſtẽ meã
miſerũt ſortẽ. Tu aũt dñe ne elõgauerꝫ auxi
liũ tuũ: ad defenſionẽ meã ꝯſpice. Erue a fra
mea de⁹ animã meã: et de manu canis unicã
meã Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornib⁹ uni
cornĩũ humilitatẽ meã Narrabo nomẽ tuũ
fratrib⁹ meis: i medio eccl'ie laudabo te Qui

timetis dñm laudate eũ: vniuerſũ ſemẽ iacob
glorificate eũ. Timeat eũ om̄e ſemẽ iſrl': qm̄
nõ ſpreuit neq; deſpexit dep̄catione pauperis
Nec auertit faciẽ ſuã a me: et cũ clamarẽ ad
eũ exaudiuit me. A pd te laus mea in eccl'ia
magna: vota mea reddã in ꝯſpectu timentiũ
eũ. Edẽt pauperes ⁊ ſaturabunt: et lauda
bũt dñm q̇ requirũt eũ: viuẽt corda eoꝝ i ſecu-
lũ ſecli. Reminiſcẽt ⁊ cõuertent ad dñm: vni
uerſi fines terre. Et adorabũt in ꝯſpectu ei':
vniuerſi familie gentiũ. Qm̄ dñi eſt regnũ: ⁊
ipſe dñabit gẽtiũ. Mãducauerũt ⁊ adorauerũt
oẽs pingues terre: in ꝯſpectu ei' cadẽt oẽs q̇
deſcendũt in terrã. Et aĩa mea illi viuet: ⁊ ſe
mẽ meũ ſeruiet ipſi. Annũciabit dño gñatio
vẽtura: ⁊ annũciabũt celi iuſticiã eius p̄plo q̇
Dominꝰ Pſ. xxij. naſcet: quẽ fecit dñs.
regit me ⁊ nihil mihi deerit: i loco paſcue
ibi me collocauit. Sup aquã refectiõis edu-
cauit me: aĩaȝ meã ꝯuertit. Deduxit me ſup
ſemitas iuſticie: p̄pter nomẽ ſuũ. Nã ⁊ ſi am
bulauero in medio vmbre mortis nõ timebo
mala: qm̄ tu mecũ es. Virga tua ⁊ baculus
tuus: ipſa me ꝯſolata ſũt. Paraſti i ꝯſpectu

meo menſã: aduerſus eos q̄ tribulãt me. Im
pinguaſti ĩ oleo caput meũ: ⁊ calix me⁹ inebri
ans q̄ p̄clarus eſt. Et miſcdia tua ſubſequet
me: oib⁹ dieb⁹ vite mee. Et vt ĩhabitẽ ĩ domo
Domini Ps. xxiij. dñi: ĩ lõgitudie dierꝫ.
eſt t̃ra ⁊ plenitudo ei⁹: orb t̃rarꝫ ⁊ vniuer
ſi q̄ habitãt ĩ eo. Quia ipe ſup maria fũdauit
eũ: ⁊ ſup flumia p̄parauit eũ. Quis aſcẽdet ĩ
mõtẽ dñi: aut q̄s ſtabit in loco ſctõ ei⁹. Inno
cẽs manib⁹ ⁊ mũdo corde: q̄ nõ accepit ĩ vano
aĩam ſuã: nec iurauit in dolo p̱ximo ſuo. Hic
accipiet bñdictionẽ a dño: ⁊ miſcdiam a deo ſa
lutari ſuo. Hec eſt gñatio querentiũ eũ: q̄ren
tiũ faciẽ dei iacob. Attollite portas principes
vr̃as: et eleuamini porte eternales: ⁊ itroibit
rex glorie. Quis eſt iſte rex glie: dñs fortis ⁊
potens dñs potẽs in prelio. Attollite portas
p̄cipes vr̃as: et eleuamini porte eternales:
et introibit rex glie. Quis eſt iſte rex glorie:
A dñs virtutũ ipſe eſt rex glie. Ps. xxiiij.
Ad te dñe leuaui animã meã: de⁹ meus
ĩ te ꝯfido nõ erubeſcã. Neq3 irrideãt me inimi
ci mei: etenĩ vniuerſi q̄ ſuſtinẽt te nõ ꝯfunden
tur. Cõfundant oẽs iniq̄ agẽtes: ſupuacue.

Vias tuas dñe demõſtra mihi: ⁊ ſemitas tu
as edoce me. Dirige me in veritate tua ⁊ do-
ce me: qꝛ tu es deꝰ ſaluatoꝛ meus ⁊ te ſuſtinui
tota die Reminiſcere miſerationũ tuaꝝ dñe:
et miſcdiaꝝ tuaꝝ q̃ a ſeculo ſunt. Delicta iu
uẽtutis mee: ⁊ ignoꝛãtias meas ne memine
ris Scḋm miſericoꝛdiã tuã memẽto mei tu:
ꝓpter bonitatẽ tuã dñe. Dulcis et rectꝰ dñs:
ꝓpter hͦ legẽ dabit delinquentibꝰ in via. Diri
get mãſuetos ĩ iudicio: docebit mites vias ſu-
as. Uniuerſe vie dñi miſcdia et veritas: req̃
rentibꝰ teſtamentũ eiꝰ ⁊ teſtimonia eiꝰ. Pro
pter nomẽ tuũ dñe ꝓpiciaberis pctõ meo: mul
tũ eſt enĩ. Quis eſt homo q̃ timet dñm: legẽ
ſtatuit ei in via quã elegit. Anĩa eius in bo-
nis demoꝛabiť: ⁊ ſemẽ eius hereditabit terrã
Firmamẽtũ eſt dñs timentibꝰ eũ: ⁊ teſtamẽ
tũ ipſius vt manifeſteť illis Oculi mei ſemꝑ
ad dñm: qm̃ ipſe euellet de laqueo pedes meoſ
Reſpice ĩ me ⁊ miſerere mei: qꝛ vnicus ⁊ pau
per ſum ego. Tribulatiões coꝛdis mei mul-
tiplicate ſunt: de neceſſitatibus meis erue me
Uide humilitatẽ meã ⁊ laboꝛẽ meũ: ⁊ dimit-
te vniuerſa delicta mea Reſpice inimicos me



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00059

os qm̃ multiplicati ſunt: ꝛ odio iniquo oderũt
me. Cuſtodi animã meã ꝛ erue me: non eru
beſcã qm̃ ſperaui i te. Innocẽtes ꝛ recti adhe
ſerũt mihi: qꝛ ſuſtinui te. Libera deus iſrl'ex
omnibus tribulationib' ſuis. Ps. xxv.
Iudica me dñe qm̃ ego i innocẽtia mea
ingreſſus ſũ: ꝛ in dño ſperãs nõ infirmabor.
Proba me dñe ꝛ tenta me: ure renes meos ꝛ
cor meũ. Qm̃ miſcdia tua ante oculos meos
eſt: ꝛ cõplacui in veritate tua. Nõ ſedi cũ cõci
lio vanitatis: ꝛ cũ iniq̃ gerentib' nõ introibo
Odiui eccleſiã malignantiũ: ꝛ cũ impijs nõ
ſedebo. Lauabo iter innocẽtes man' meas:
et circũdabo altare tuũ dñe. Ut audiã vocem
laudis: et enarrem vniuerſa mirabilia tua.
Dñe dilexi decorẽ domus tue: ꝛ locũ habitati
onis glie tue. Ne perdas cũ impijs deus ani
mã meã: ꝛ cũ vir; ſanguinũ vitã meã. In q̃
rũ manib' iniqtates ſunt: dextera eoꝝ reple-
ta eſt munerib'. Ego autẽ in innocẽtia mea
ingreſſus ſũ: redime me ꝛ miſerere mei. Pes
meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicã
Deus in nomie tuo ſaluũ Ps. lij. te dñe.
me fac: ꝛ in virtute tua iudica me. De-

us exaudi orationē meā: aurib⁹ ꝑcipe verba
oris mei. Qm̄ alieni inſurrexerūt aduerſuꝫ
me: ⁊ fortes queſierūt animā meā: ⁊ non ꝓpo-
ſuerūt deū ante ↄſpectū ſuum. Ecce em̄ deus
adiuuat me: ⁊ dn̄s ſuſceptor ē aīe mee. Auer
te mala inimicis meis: in veritate tua diſꝑde
illos. Voluntarie ſacrificabo tibi: ⁊ ↄfitebor
noī tuo dn̄e qm̄ bonū eſt. Qm̄ ex omni tribu
latione eripuiſti me: ⁊ ſup inimicos meos de-
ſpexit oculus me⁹. Nota ꝙ a. lxx. vſqꝫ ad pa-
ſca loco pſalmi Cōfitemini dn̄o pſ. Dn̄s regna
uit decorē. q̄re in laudib⁹ de dn̄ica. Ps. cxvi.

Confitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſecu
lū miſcd̄ia ei⁹. Dicat nūc iſrael qm̄ bo-
nus: qm̄ in ſeculū miſcd̄ia eius Dicat nūc do
mus aaron: qm̄ in ſeculū miſcd̄ia ei⁹. Dicāt
nūc q̇ timent dn̄m: qm̄ in ſeculū miſcd̄ia eius
De tribulatiōe inuocaui dn̄m: et exaudiuit
me in latitudine dn̄s. Dn̄s mihi adiutor: nō
timebo q̄d faciat mihi homo. Dn̄s mihi ad-
iutor: et ego deſpiciā inimicos meos. Bonū
eſt confidere in dn̄o: ꝙ confidere in hoīe Bonū
eſt ſperare in domino: ꝙ ſperare in principi-
bus. Omnes gentes circuierunt me: et in

noie dñi qꝛ vltus ſũ in eos. Circũdantes cir
cũdederũt me: ⁊ in noie dñi qꝛ vltus ſuꝫ in eos.
Circũdederũt me ſicut apes: et exarſerũt ſicut
ignis in ſpinis: et in noie dñi qꝛ vltus ſum in
eos Impulſus euerſus ſum vt caderẽ: ⁊ dñs
ſuſcepit me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs:
et factus eſt mihi in ſalutẽ. Vox exultatiõis
et ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝝ. Dextera
dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dex
tera dñi fecit virtutẽ. Nõ moriar ſed viuã: et
narrabo opa dñi. Caſtigans caſtigauit me
dñs: ⁊ morti non tradidit me. Aperite mihi
portas iuſticie: et ingreſſus in eas cõfitebor
dño: hec porta dñi iuſti intrabũt in eã. Cõfi-
tebor tibi qm̃ exaudiſti me: ⁊ factus es mihi ĩ
ſalutẽ. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes:
hic factus eſt ĩ caput anguli. A dño factũ eſt
iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis nr̃is. Hec dies
quã fecit dñs: exultemus ⁊ letemur in ea. O
dñe ſaluũ me fac o dñe bene ꝓſperare: benedi-
ctus q̇ venit in noie dñi. Benedixímus
vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis.
Cõſtituite diem ſolennẽ in cõdenſis: vſq; ad
cornu altarꝭ. Deꝰ meus es tu ⁊ ꝯfitebor tibi:

deꝰ meus es tu ⁊ exaltabo te. Cõfitebor tibi
qm̄ exaudiſti me: ⁊ factꝰ es mihi ĩ salutē. Cõ
fitemini dño qm̄ bonꝰ: qm̄ in ſclm̄ miſcdia eiꝰ

Beati imaculati in via: q̇ am Ps. xviij.
bulant in lege dñi. Beati q̇ ſcrutant̄ te-
ſtimonia eius: ĩ toto corde exquirũt eũ. Non
eñ q̇ operant̄ iniq̇tatē: in vijs eius ambula-
uerũt. Tu mãdaſti: mãdata tua cuſtodiri ni-
mis. Utinã dirigant̄ vie mee: ad cuſtodien-
das iuſtificatiões tuas. Tunc nõ ꝯfundar:
cũ pſpexero in oĩbus mãdatis tuis. Cõfite-
bor tibi in directiõe cordis: in eo qđ didici iudi
cia iuſticie tue. Iuſtificatiões tuas cuſtodiã:
nõ me derelinquas vſqȝquaqȝ. In q̊ corrigit
adoleſcentior viã ſuã: in cuſtodiendo ſermões
tuos. In toto corde meo exquiſiui te: ne repel
las me a mãdatis tuis. In corde meo abſcõ
di eloquia tua: vt nõ peccē tibi. Bñdictus es
dñe: doce me iuſtificationes tuas. In labijs
meis: pnunciaui oĩa iudicia oris tui In via
teſtimonioꝝ tuoꝝ delectatus ſum: ſicut in om
nibus diuitijs In mãdatis tuis exercebor:
et cõſiderabo vias tuas. In iuſtificationibꝰ
tuis meditabor: nõ obliuiſcar ſermões tuos

Retribue ſeruo tuo: viuifica Pſal.cxix.
me ⁊ cuſtodiã ſermones tuos. Reuela
oculos meos: ⁊ conſiderabo mirabilia de lege
tua. Incola ego ſum in terra: nõ abſcondas
a me mãdata tua. Concupiuit aĩa mea deſi
derare iuſtificationes tuas: in omni tp̃e. In-
crepaſti ſup̃bos: maledicti q̇ declinãt a mada
tis tuis. Aufer a me obpꝛobꝛiũ ⁊ cõtemptũ:
qꝛ teſtimonia tua exquiſiui. Etenĩ ſederunt
principes: et aduerſum me loquebant̃: ſeruꝰ
aũt tuus exercebat̃ in iuſtificationibus tuis
Nã ⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt: ⁊ cõ
ſilium meũ iuſtificatiões tue. Adheſit paui
mento aĩa mea: viuifica me ſcd̃m verbũ tuũ.
Vias meas enunciaui et exaudiſti me: doce
me iuſtificationes tuas. Viã iuſtificationũ
tuaꝝ inſtrue me: ⁊ exercebor in mirabilibꝰ tu
is. Dormitauit aĩa mea p̃ tedio: ꝯfirma me
in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue a
me: et de lege tua miſerere mei. Viam verita
tis elegi: iudicia tua non ſum oblitus. Ad-
heſi teſtimonijs tuis dñe: noli me confundere
Viam madatorum tuoꝝ cucurri: cum dila-
taſti coꝛ meum. Symbolum Athanaſij.

Quicūq; vult ſaluus eſſe: ante oīa opus
eſt vt teneat catholicā fidem. Quā niſi
quiſq; integrā inuiolatāq; ſeruauerit: abſq;
dubio ineternū peribit. Fides aūt catholica
hec eſt: vt vnū deum in trinitate ⁊ trinitatē in
vnitate veneremur. Neq; ꝯfundētes perſo-
nas: neq; ſubſtantiā ſeparātes. Alia eſt eñ
ꝑſona patrꝭ: alia filij alia ſpūſſancti. Sed pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſācti vna eſt diuinitas: equa-
lis glīa coeterna maieſtas. Qualis paṫ ta-
lis filius: talis ſpūſſanctus. Increatus paṫ
increatus filius: icreatus ſpūſſanctus. Im
menſus pater imenſus filius: imenſus ſpūſ-
ſanctus. Etern⁹ pater etern⁹ filius: eternus
ſpūſſanctus. Et tñ nō tres eterni: ſed vnus
etern⁹. Sicut nec tres increati nec tres imen
menſi: ſed vn⁹ increat⁹ ⁊ vnus imenſus. Si
militer oīpotēs pater oīpotēs filius: oīpotēs
ſpūſſanctus. Et tñ non tres oīpotentes: ſed
vnus oīpotēs. Ita de⁹ pater de⁹ filius: deus
ſpūſſanctus. Et tñ nō tres dij: ſed vn⁹ eſt de-
us. Ita dñs pr̄ dñs filius: dñs ſpūſſanctus
Et tñ nō tres dñi: ſed vnus eſt dñs. Quia ſi
cut ſingillatim vnāquāq; ꝑſonā deū ac dñm

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00065

confiteri xp̄iana veritate cōpellimur: ita tres
deos aut dn̄os dicere catholica religiōe pꝛohi
bemur. Pater a nullo eſt factus: nec creatuſ
nec genitus. Filius a p̄re ſolo eſt: nō factus
nec creatus ſed genitus. Spūſſanctus a pa
tre ꝛ filio: nō factus nec creatus nec genit⁹ ſed
ꝛ ꝓcedēs. Unus ꝗ̊ pater nō tres patres: ꝛ un⁹
filius nō tres filij: unus ſpūſſanctus nō tres
ſpūſſancti. Et ī hac trinitate nihil pꝛius aut
ꝛ poſterius: ꝛ nihil maius aut minus: ſed tote
tres ꝑſone coeterne ſibi ſūt ꝛ coequales. Ita
ut ꝑ oīa ſicut iā ſupꝛadictū eſt: ꝛ unitas in tri-
nitate ꝛ trinitas ī unitate venerāda ſit. Qui
vult ꝗ̊ ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat. Sed
neceſſariū eſt ad eternā ſalutē: ut incarnatio-
nē quoqꝫ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i fideliter credat. Eſt
ꝛ ergo fides recta ut credamus et cōfiteamur:
qꝛ dn̄s noſter ih̄s xp̄s dei filius: deus ꝛ homo
eſt. Deus eſt ex ſubſtātia p̄ris ante ſecl'a ge-
nitus: et homo eſt ex ſubſtātia matrꝭ in ſeclo
natus. Perfectus deus ꝑfectus hō ex aīa
rationali ꝛ hūana carne ſubſiſtēs. Equalis
p̄ri ſcd̄m diuinitatē: minoꝛ p̄re ſcd̄m humani
tatē. Qui licet deus ſit ꝛ hō: nō duo tamē ſed

vnus eſt xp̄s. Unus aūt nō conuerſione diuinitatis in carne: ſed aſſumptione humanitatis in deū. Unus omnino nō ↄfuſione ſubſtantie: ſed vnitate pſone. Nā ſicut aīa rationalis ⁊ caro vnus ē homo: ita deus et homo vnus eſt xp̄s. Qui paſſus eſt ꝓ ſalute nr̄a ⁊ deſcēdit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos ⁊ ſedet ad dexterā dei patrꝭ oīpotentis: inde vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Ad cuius aduentū oēs hoīes reſurgere habēt cū corporibꝰ ſuis: et redituri ſunt de factis proprijs rationem. Et q̄ bona egerūt ibūt in vitā eternā: qui vero mala in ignem eternū. Hec eſt fides catholica ⁊ quā niſi quiſqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit: ſaluuſ eſſe nō poterit.



Antipho. Alle luia alleluia al leluia. R̄ br.



Chriſte fili dei viui: Miſerere nobis. V. Qui ſe



des ad dexterā patris. Miſer. Gloria patri ⁊ filio: et



℣. Exurge xp̄e adiuua nos.
℟. Et libera nos ppt' nomē

ſpiritui ſancto. Xp̄e. (tuū. T̄pe paſ. ad. p̄mā añ.



Alleluia alleluia alleluia alleluia. Rm br̄.



Chriſte fili dei uiui miſerere nobis: Alle luia al



le luia. ℣. Qui ſurrexiſti a mortuis. Alle. Gloria



Nota q̄ pre dicti pſalmi

patri et fi lio: et ſpiritui ſancto. Chriſte. dicūt ad pri mā p totū annū in officio dn̄icali: niſi ab octa. paſche uſq; poſt octa. corporis xp̄i. et a lxx. uſq; ad paſca: de q̄bus uidebit' in locis ſuis. itē in feſtis duplicib' ⁊ ſemiduplicib': ⁊ etiā in aliis feſtis: in quibus dicitur ad primā tantū iſti tres pſalmi Deus in nomie. Beati immaculati. Retribue. In ferialibus diebus ad primam hymnus. Jam lucis orto ſydere: deū. quere in fine poſt hymnarium. Antiphona.

B Eati q̄ ambulant in lege tua domīe. Euouae.
pſ. Deus in noīe. Beati imacula. Retribue.

Feria ſe‑cūda Inuitato. V Enite exul te mus domīo. pſ

Tēpore paſcali: Jubilemus. Inuita.



A Lleluia alleluia al



le lu ia. Pſ. Venite.

Sciendū ꝙ dictuȝ inuitat. dr̄ i dieb' ferialib' p' primā dn̄icā paſce uſqȝ ad aſcē. dn̄i excluſiue. ymn'.



S Omno refectis artub': ſpreto cubili ſur



gim': nob pater canētib': adeſſe te depoſcim'.
Te lingua primū ꝯcinat: te mētis ardor am biat: ut actuū ſequentiū: tu ſctē ſis exordium.
Cedant tenebre lumini: ꝛ nox diurno ſyderi: ut culpa quā nox ītulit: luc labeſcat munere.

Precamur idez ſupplices: noxas vt oēs am
putes ⁊ ore te canenciū: lauderis imppetuum
Preſta pr̄ piiſſime: p̄riqꝫ cō
par unice: cū ſpū paclito ⁊ nūc
⁊ ippetuū: amē. Ad noct. añ. Dominus.

Euouae.

Tēpore paſcali: antiph. Alleluia. Euouae.



Dominꝰ illumi Ps. xxvi.
natio mea et ſalus mea:
quē timebo. Dñs protec
tor vite mee: a q̄ trepidabo
Dū appropiāt ſuper me
nocentes: vt edāt carnes
meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipſi in
firmati ſunt ⁊ ceciderūt. Si ↄſiſtāt aduerſum
me caſtra: non timebit cor meū. Si exurgat
aduerſū me preliū: in h̄ ego ſperabo. Unā pe
tij a dño hāc requirā: vt inhabitē in domo dñi
omibus diebꝰ vite mee. Ut videā voluntatē
dñi: ⁊ viſitē tēplum eiꝰ. Qm̄ abſcōdit me i ta
bernacl'o ſuo in die maloꝝ: ꝓtexit me in abſcō
dito tabernacli ſui. In petra exaltauit me: ⁊
nūc exaltauit caput meū ſup inimicos meos

Circuiui ⁊ imolaui in tabernaclo ei⁹ hostiā
vociferatiōis: cātabo ⁊ pſalmū dicā dn̄o. Ex
audi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te: miſere
re mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit cor meū exque
ſiuit te facies mea: faciē tuā dn̄e requirā. Ne
auertas faciē tuā a me: ne declines in ira
a ſeruo tuo. Adiutor meus eſto ne derelinq̄s
me: neq; deſpicias me de⁹ ſalutarꝭ me⁹. Qm̄
pater meus ⁊ mater mea dereliquerūt me: dn̄s
aūt aſſumpſit me. Legem pone mihi dn̄e in
via tua: ⁊ dirige me in ſemita recta ꝓpter ini-
micos meos. Ne tradiderꝭ me in aīas tribu
lantiū me: qm̄ inſurrexerūt in me teſtes iniq̄
et mētita eſt iniq̄tas ſibi. Credo videre bona
dn̄i: in terra viuentiū. Expecta dn̄m viriliter
age: ꝯfortet̄ cor tuū ⁊ ſuſtine dn̄m. Ps. xxvij.
Ad te dn̄e clamabo de⁹ meus ne ſileas a
me: ne qn̄ taceas a me: ⁊ aſſimilabor de
ſcēdētib⁹ in lacū. Exaudi vocē deprecatiōis
mee dū oro ad te: dū extollo manus meas ad
templū ſanctū tuū. Ne ſimul tradas me cū
pctōribus: ⁊ cū operātibus iniquitatē ne per
das me. Qui loquunt̄ pacē cum ꝓximo ſuo:
mala aūt in cordib⁹ eoꝝ. Da illis ſcd̄m opa



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00071

eoꝝ: ⁊ ſcđm nequiciam adinuentionū ipſoꝝ.
Scđm opera manuū eoꝝ tribue illis: redde
retributionē eoꝝ ipſis. Qm̄ nō intellexerūt
opera dn̄i: et in opera manuū eius: deſtrues
illos et non edificabis eos. Benedictus dn̄s
qm̄ exaudiuit vocem deprecatiōis mee. Do
minus adiutor meus et ꝓtector meus: ⁊ in ip
ſo ſperauit cor meū et adiutus ſum. Et reflo
ruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor
ei. Dn̄s fortitudo plebis ſue: et protector ſal
uationū chriſti ſui eſt. Saluū fac populum
tuū dn̄e: et benedic heredi
tati tue: et rege eos ⁊ extol
le illos vſq; in eternū. Añ. Dominus defen
ſor vite mee. añ. Adorate dominū. Euouae.

Afferte dn̄o filij dei: afferte Ps. xxviij.
dn̄o filios arietū. Afferte dn̄o gloriā ⁊
honorē: afferte dn̄o gloriā nōi eius: adorate
dn̄m in atrio ſctō eius. Vox dn̄i ſup aquas:
de⁹ maieſtatis intonuit: dn̄s ſup aquas mul
tas. Vox dn̄i in virtute: vox dn̄i in magnifi
centia. Vox dn̄i ꝯfringentis cedros: ⁊ cōfrin

get dñs cedros libani. Et cōminuet eos tan
q̄ vitulū lybani: ⁊ dilectus quē admodū filiuſ
vnicorniū. Uox dñi intercidētis flammā ig-
nis: vox dñi cōcutientis deſertū: ⁊ cōmouebit
dñs deſertum cades. Uox dñi preparātis cer
uos: et reuelabit cōdenſa: ⁊ in tēplo eius oēs
dicēt gloriā Dñs diluuiū inhabitare facit: ⁊
ſedebit dñs rex ineternū. Dñs ꝟtutē pplo ſuo
dabit: dñs bñdicet pplo ſuo in pace. Ps. xxix.

Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me: nec de
lectaſti inimicos meos ſuper me Dñe
deus meus clamaui ad te: ⁊ ſanaſti me. D o
mine eduxiſti ab inferno animā meā: ſalua-
ſti me a deſcendentibus in lacū. Pſallite dño
ſancti ei⁹: et ꝯfitemini memorie ſanctitatis ei⁹.
Qm̄ ira indignatiōis eius: ⁊ vita in volūta
te ei⁹. Ad veſpeꝝ demorabit fletus: ⁊ ad ma
tutinū leticia. Ego autē dixi in abundantia
mea: nō mouebor ineternū Dñe in volunta
te tua: preſtitiſti decori meo virtutem. Auer
tiſti faciē tuā a me: et factus ſum cōturbatus
Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deū meū deprecabor.
Que vtilitas in ſanguie meo: dū deſcendo in
corruptionē. Nunqd confitebor tibi puluis:

aut annunciabit veritatē tuā. Audiuit dñs
ꝛ miſertus ē mei: dñs factus ē adiutoꝛ meus
Cōuertiſti planctū meū in gaudiū mihi: ꝯci
diſti ſaccū meū ꝛ circūdediſti me leticia. Ut cā
tet tibi glīa mea ꝛ nō cō
pūgar: dñe deꝰ meus in
eternū ꝯfitebor tibi. añ. Adorate dominū in
aula ſancta eius. añ. In tua iuſtici a. Euouae.
In te dñe ſperaui nō ꝯfundar Ps. xxx.
in eternū: in iuſticia tua libera me. In
clina ad me aurem tuā: accelera vt eruas me
Eſto mihi in deū ꝓtectorē: et in domū refugij
vt ſaluū me facias Qm̄ fortitudo mea ꝛ refu
giū meū es tu: ꝛ ꝓpter nomē tuū deduces me. ꝛ
enutries me. Educes me de laqueo hͦ quē ab
ſcōderūt mihi: qm̄ tu es ꝓtectoꝛ meꝰ. In ma
nus tuas ꝯmendo ſpm̄ meū: redemiſti me dñe
deꝰ veritatis Odiſti obſeruātes vanitates:
ſupuacue Ego aūt in dño ſperaui: exultabo
ꝛ letaboꝛ i miſcdia tua. Qm̄ reſpexiſti hūili
tatē meā: ſaluaſti de neceſſitatibꝰ aīam meā.
Nec ꝯcluſiſti me in manibꝰ inimici: ſtatuiſti

ī loco ſpacioſo pedes meos. Miſerere mei dñe
qm̄ tribulor: ꝯturbatus ē in ira oculus meꝰ:
aīa mea ⁊ vēter meus. Qm̄ defecit ī dolore vi
ta mea: et anni mei in gemitibꝰ. Infirmata
eſt in pauꝑtate virtus mea: ⁊ oſſa mea cōtur-
bata ſunt. Suꝑ oēs inimicos meos factus
ſū obprobriū vicinis meis valde: ⁊ timor notꝭ
meis. Qui videbāt me foras fugerūt a me:
obliuioni datus ſum tanꝗ mortuus a corde.
Factus ſū tanꝗ vas ꝑditū: qm̄ audiui vitu
perationē multorꝫ cōmorātiū in circuitu. In
eo dū cōuenirēt ſimꝉ aduerſuꝫ me: accipe aīaꝫ
meā ꝯſiliati ſūt. Ego aūt ī te ſperaui dñe: di-
xi deꝰ meus es tu: in manibꝰ tuis ſortes mee.
Eripe me de manu inimicorꝫ meorꝫ: ⁊ a perſe
quētibꝰ me. Illuſtra faciē tuā ſuꝑ ſeruū tuū:
ſaluū me fac in miſcdia tua dñe: nō ꝯfundar
qm̄ inuocaui te. Erubeſcāt impij ⁊ deducant
in infernū: muta fiant labia doloſa. Que lo-
quunt aduerſus iuſtū iniquitatē: in ſuꝑbia ⁊
in abuſione. Quā magna multitudo dulce-
dinis tue dñe: quā abſcondiſti timentibus te
Perfeciſti eis qui ſperāt in te: in conſpectu fi
liorꝫ hominū. Abſcondes eos in abſcondito

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00075

faciei tue: a ꝯturbatiõe hoim. Proteges eos
in tabernac̄lo tuo: a ꝯtradictiõe linguaꝝ. Be
nedictus dñs: qm̄ mirificauit miſc̄diam ſuã
mihi: in ciuitate munita. Ego aũt dixi in ex-
ceſſu mẽtis mee: ꝓiectus ſuꝫ a facie oculoꝝ tu
orũ. Ideo exaudiſti vocẽ oratiõis mee: dũ cla
marẽ ad te. Diligite dñm oẽs ſancti eiꝰ: qm̄
veritatẽ reqret dñs: ⁊ retribuet abundãter fa
cientibꝰ ſupbiã. Viriliter agite ⁊ ꝯfortet̄ cor
veſtrũ: oẽs q ſperatis in dño. Pſ. xxxi.
Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniqtates: ⁊ q̊ꝝ
tecta ſunt pctã. Beatus vir cui non iputauit
dñs pctm̄: nec eſt in ſpũ eiꝰ dolus. Qm̄ tacui
inueterauer̄t oſſa mea: dũ clamarẽ tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſuꝑ me manus
tua: cõuerſus ſum in erũna mea dũ configit̄
ſpina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci: ⁊ iniuſti
ciam meã nõ abſcondi. Dixi ꝯfitebor aduer
ſum me iniuſticiã meã dño: ⁊ tu remiſiſti ipie
tatẽ peccati mei. Pro hac orabit ad te oĩs ſan
ctus: in tp̄e oportuno. Veꝝtamen in diluuio
aquaꝝ multaꝝ: ad eum nõ approximabũt.
Tu es refugiũ meũ a tribulatiõe q̄ circunde
dit me: exultatio mea erue me a circundãtibꝰ

me. Intellectũ tibi dabo ⁊ inſtruam te: in via
hac q̄ gradieris firmabo ſup te oculos meos
Nolite fieri ſicut equ⁹ et mulus: q̇bus nõ eſt
intellectus. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ
conſtringe: qui nõ approximãt ad te. Multa
flagella pctõris: ſperantẽ aũt in dño miſcdia
circũdabit. Letamini in
dño ⁊ exultate iuſti: ⁊ gliamini oẽs recti corde Aña. In tua iuſtici a
libera me domĩe. añ. Rectos decet. Euouae.

Exultate iuſti in dño: rectos Ps. xxxij.
decet collaudatio. Confitemini dño ĩ cythara: ĩ pſalterio decẽ cordaꝝ pſallite illi Cantate ei canticũ nouũ: bene pſallite ei ĩ vociferatione. Quia rectũ eſt verbũ dñi: et omĩa opa eius in fide. Diligit miſericordiã et iudiciũ: miſcdia dñi plena eſt terra Verbo dñi celi firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius oĩs virtus eoꝝ. Congregãs ſicut in vtrẽ aq̄s marꝫ: ponẽs in theſauris abyſſos. Timeat dñm oĩs terra: ab eo aũt cõmoueant̃ oẽs inhabitãtes orbẽ. Quĩ ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mãdauit

et creata ſunt. Dñs diſſipat ꝯſilia gentiū: re
probat aūt cogitatiões populoꝝ: ⁊ reprobat
ꝯſilia principū. Conſilium aūt dñi ineternū
manet: cogitatiões cordis ei⁹ in generatiõe ⁊
gñatione. Beata gẽs cuius eſt dñs de⁹ eius:
ꝑplus quē elegit in hereditatē ſibi. De celo re
ſpexit dñs: vidit oẽs filios hoim. De ꝑpara
to habitaclo ſuo: reſpexit ſup oẽs qui habitāt
terrā. Qui finxit ſingillatim corda eoꝝ: q̇ in
telligit oīa opa eoꝝ. Non ſaluaf rex ꝑ multā
virtutē: et gigas nõ ſaluabif in multitudine
virtutis ſue. Fallax equus ad ſalutē: in abū
dantia aūt ꝟtutis ſue nõ ſaluabif. Ecce ocu
li dñi ſup metuentes eū: ⁊ in eis q̇ ſperant ſup
miſcdia ei⁹. Ut eruat a morte aīas eoꝝ: et a
lat eos in fame. Aīa nr̄a ſuſtinet dñm: qm̄
adiutor et ꝓtector nr̄ eſt. Quia in eo letabif
cor noſtrū: ⁊ in noīe ſctõ eius ſperauim⁹. Fi
at miſcdia tua dñe ſup nos: quēadmodū ſpe-
Benedicā dñm Ps. xxxiij rauimus ī te
in omni tpe: ſemp laus eius in ore meo
In dño laudabif aīa mea: audiāt manſue
ti ⁊ letenf. Magnificate dñm mecum: ⁊ exalte
mus nomē eius in idipm. Exquiſiui dñm ⁊

exaudiuit me: ⁊ ex omībus tribulationib⁹ me
is eripuit me. Accedite ad eū et illuminami-
ni: ⁊ facies veſtre nō confundent. Iſte paup
clamauit ⁊ dn̄s exaudiuit eū: ⁊ ex omībus tri
bulatiōībus eius ſaluauit eū. Immittit an
gelus dn̄i in circuitu timentiū eum: et eripiet
eos. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s: bea
tus vir q̄ ſperat in eo Timete dn̄m om̄es ſan
cti eius: qm̄ nō eſt inopia timentib⁹ eum Di
uites eguerūt ⁊ eſurierūt: inquirētes aūt do-
minū nō minuent om̄i bono Uenite filij au
te me: timorē dn̄i docebo vos. Quis ē homo
qui vult vitā: diliget dies videre bonos Pro
hibe linguā tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquā
tur dolum Diuerte a malo ⁊ fac bonū: inqui
re pacem ⁊ perſequere eam. Oculi dn̄i ſuper
iuſtos: ⁊ aures eius in preces eoꝝ. Uultus
aūt dn̄i ſup facientes mala: vt perdat de terra
memoriam eoꝝ Clamauerūt iuſti ⁊ dn̄s ex
audiuit eos: ⁊ ex om̄ibus tribulationibus eo
rum liberauit eos. Iuxta eſt dn̄s his qui tri
bulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.
Multe tribulationes iuſtoꝝ: et de omnibus
his liberauit eos dn̄s. Cuſtodit dn̄s omnia

oſſa eoꝝ: vnū ex his nō cōteret᷑. Mors pecca-
toꝝ peſſima: ⁊ qui oderūt iuſtum delinquent.
Redimet dn̄s animas ſeruoꝝ ſuoꝝ: et nō de
linquent omnes qui ſperāt in eo. Antiphōa.

Rectos decet collaudatio. añ. Expugna.
Iudica me dn̄e Ps. xxxiiij.
nocētes me: expugna impug
nātes me. Apprehēde arma ⁊ ſcu (Euouae.
tū: et exurge in adiutoriū mihi. Effunde fra-
meā et cōclude aduerſus eos q̇ ꝑſequunt᷑ me:
dic anime mee ſalus tua ego ſū. Cōfundant᷑
et reuereant᷑: querētes animā meā. Auertā
tur retrorſū ⁊ ꝯfundant᷑: cogitātes mihi ma
la. Fiant tanꝙ̄ puluis ante faciē venti: ⁊ an
gelus dn̄i coartans eos. Fiat via illoꝝ tene
bre ⁊ lubricū: ⁊ āgelus dn̄i ꝑſequēs eos Qm̄
gratis abſcōderūt mihi interitū laquei ſui: ſu
peruacue exprobrauerūt animā meā. Veni
at illi laqueus quē ignorat: et captio quā ab
ſcōdit apprehēdat eū: ⁊ in laqueū cadat in ip-
ſum. Ania aūt mea exultabit in dn̄o: ⁊ delec-
tabit᷑ ſuꝑ ſalutari ſuo Omīa oſſa mea dicēt:

dñe quis ſimilis tibi. Eripiens inopē de ma
nu fortioꝝ eius: egenū ⁊ pauperē a diripienti
bus eū. Surgētes teſtes iniqui: que ignora
bāt interrogabāt me. Retribuebāt mihi ma
la ꝓ bonis: ſterilitatē aīe mee. Ego aūt cū
mihi moleſti eſſent: induebar cilicio. Humili
abā in ieiunio animā meā: ⁊ oratio mea in ſi
nu meo cōuertet᷑. Quaſi ꝓximū quaſi fratrē
noſtrū ſic cōplacebā: quaſi lugens ⁊ cōtriſta-
tus ſic humiliabar. Et aduerſum me letati
ſunt ⁊ cōuenerūt: cōgregata ſunt ſup me fla-
gella ⁊ ignoraui. Diſſipati ſunt nec cōpunc-
ti: tentauerūt me ſubſannauerūt me ſubſan
natiōe: frenduerūt ſup me dentib⁹ ſuis. Dñe
quādo reſpicies: reſtitue animā meā a malig
nitate eoꝝ a leonib⁹ unicā meā. Confitebor ti
bi i eccleſia magna: in ꝑplo graui laudabo te.
Non ſupgaudeāt mihi qui aduerſant᷑ mihi
inique: qui oderūt me gratis ⁊ annuūt oculis
Qm̄ mihi quidē pacifice loquebant᷑: ⁊ in ira
cundia terre loquentes dolos cogitabāt. Et
dilatauerūt ſup me os ſuū: dixerūt euge euge
viderūt oculi noſtri. Vidiſti dñe ne ſileas: dñe
ne diſcedas a me. Exurge et intende iudicio

meo: deus meus ⁊ dñs meus in cauſam meã
Judica me ſcd̃m iuſticiã tuã dñe deus me⁹: ⁊
nõ ſupgaudeant mihi. Non dicãt in cordib⁹
ſuis euge euge anie noſtre: nec dicãt deuorabi
mus eũ Erubeſcãt ⁊ reuereant͛ ſimul: q̇ gra
tulant͛ malis meis. Induant͛ ꝯfuſione ⁊ re
uerẽtia: q̇ maligna loquunt͛ ſup me Exultẽt
et letẽtur q̇ volũt iuſticiam meã: et dicãt ſemꝑ
magnificetur dñs q̇ volunt pacez ſerui eius.
Et lingua mea meditabit͛ iuſticiã tuã: tota
Dixit iniuſtus Ps. xxxv. die laudẽ tuã
ut delinquat in ſemetipſo: non eſt timor
dei ante oculos eius. Qm̃ doloſe egit in ꝯſpe
ctu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odi
um. Verba oris eius iniquitas ⁊ dolus: no
luit intelligere ut bene ageret. Iniquitatem
meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omĩ vie nõ
bone: maliciam aũt non odiuit. Dñe in celo
miſcd̃ia tua: ⁊ veritas tua uſqꝫ ad nubes Iu
ſticia tua ſicut mõtes dei: iudicia tua abyſſus
multa Hoies ⁊ iumẽta ſaluabis dñe: quẽad
modũ multiplicaſti miſcd̃iam tuã deus. Fi
lii aũt hominũ: in tegmine alaꝝ tuaꝝ ſpera
bũt. Inebriabũtur ab ubertate domus tue:

et torrēte voluptatis tue potabis eos. Qm̄
apud te eſt fons vite: et in lumīe tuo videbim⁹
lumē. Pretende miſcdiam tuā ſcientibus te:
et iuſticiā tuā his qui recto ſunt corde. Nō ve
niat mihi pes ſuperbie: ⁊ manus pctōris nō
moueat me. Ibi ceciderūt q̇ ope-
rātur iniquitatem: expulſi ſunt
nec potuerunt ſtare. Antiphōa. E Xpug-
na impugnantes me. Añ. R Euela. Euouae.

Noli emulari in malignāti Ps. xxxvi.
bus: neq̃ zelaueris faciētes iniquitatē
Qm̄ tanq̄ fenū velocit' areſcēt: ⁊ quēadmo-
dū olera herbaꝝ cito decidēt. Spera in dño ⁊
fac bonitatē: ⁊ inhabita terrā ⁊ paſceris in di
uitijs ei⁹. Delectare in dño: ⁊ dabit tibi peti-
tiones cordis tui. Reuela dño viā tuā et ſpe
ra in eo: ⁊ ipſe faciet. Et educet quaſi lumen
iuſticiā tuā: et iudiciū tuū tanq̄ meridiē: ſub
ditus eſto dño ⁊ ora eū. Noli emulari in eo q̇
pſperat' in via ſua: in hoīe faciēte iniuſticias
Deſine ab ira ⁊ derelinque furorē: noli emu-
lari vt maligneris. Qm̄ q̇ malignant' exter

minabunť: ſuſtinẽtes aũt dñm ipſi heredita-
bũt terrã. Et adhuc puſillũ ꝛ nõ erit pctõꝛ:
et q̃res locũ eius ꝛ nõ inuenies. Mãſueti aũt
hereditabunt terrã: ꝛ delectabunť in multitu
dine pacis. Obſeruabit pctõꝛ iuſtũ: ꝛ ſtride-
bit ſup eũ dentibꝰ ſuis. Dñs aũt irridebit eũ:
qm̃ ꝓſpicit q̄ veniet dies eiꝰ. Gladiũ euagi-
nauerũt pctõꝛes: intenderũt arcũ ſuũ. Ut de
cipiãt pauperẽ ꝛ inopẽ: vt trucidẽt rectos cor-
de. Gladius eoꝝ intret ĩ corda ipſoꝝ: ꝛ arcus
eoꝝ cõfringať. Melius eſt modicũ iuſto: ſup
diuitias pctõꝝ multas. Qm̃ brachia pctõꝝ
cõterẽť: ꝯfirmat aũt iuſtos dñs. Nouit dñs
dies imaculatoꝝ: et hereditas eoꝝ in eternũ
erit. Non ꝯfundenť in tp̄e maloꝛ ꝛ in diebꝰ fa
mis ſaturabunť: qꝛ pctõꝛes peribũt. Inimi
ci vero dñi moꝝ vt honorificati fuerint ꝛ exal-
tati: deficientes quẽadmodũ fumus deficient
Mutuabiť pctõꝛ ꝛ nõ ſoluet: iuſtus aũt miſe-
reť ꝛ retribuet. Quia benedicentes ei heredi
tabũt terram: maledicẽtes aũt ei diſperibũt.
Apud dñm greſſus hoĩs dirigenť: et viam
eius volet. Cũ ceciderit nõ collidetur: qꝛ dñs
ſupponit manũ ſuã. Iunioꝛ fui etenĩ ſenui:

et nõ vidi iuſtũ derelictũ: nec ſemẽ ei⁹ querẽs
panẽ. Tota die miſeret ⁊ cõmodat: ⁊ ſemen
illius in benedictiõe erit. Declina a malo et
fac bonũ: ⁊ inhabita in ſeclm ſecli. Quia dñs
amat iudiciũ: et non derelinquet ſctõs ſuos:
ineternũ ꝯſeruabunt. Iniuſti punient: et ſe
men impioꝝ peribit. Iuſti aũt hereditabũt
terrã: ⁊ inhabitabũt in ſeculũ ſeculi ſup eam.
Os iuſti meditabit ſapientiã: ⁊ lingua eius
loquet iudiciũ. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊
nõ ſupplantabunt greſſus eius. Conſiderat
pctõr iuſtũ: ⁊ querit mortificare eũ. Dñs au
tẽ nõ derelinquet eũ in manib⁹ eius: nec dam
nabit eũ cũ iudicabit illi. Expecta dñm ⁊ cu
ſtodi viã eius: et exaltabit te vt hereditate ca
pias terrã: cũ perierint pctõres videbis. Vi
di impiũ ſuperexaltatũ: ⁊ eleuatũ ſicut cedros li
bani. Et tranſiui ⁊ ecce nõ erat: queſiui eũ ⁊
nõ eſt inuẽtus locus ei⁹. Cuſtodi innocentiã
⁊ vide equitatẽ: qm̃ ſunt reliquie homini paci
fico. Iniuſti aũt diſperibũt: ſimul reliquie im
pioꝝ interibũt. Salus aũt iuſtoꝝ a dño: ⁊ p
tector eoꝝ in tpe tribulatiõis. Et adiuuabit
eos dñs ⁊ libabit eos: ⁊ eruet eos a pctõrib⁹:

⁊ ſaluabit eos qꝛ ſperauerūt in eo. Ps. xxxvij.
Domine ne in furore tuo arguas me: ne
qꝫ in ira tua corripias me. Qm̄ ſagitte
tue infixe ſūt mihi: ⁊ ꝯfirmaſti ſup me manū
tuā. Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire
tue: nō eſt pax oſſib⁹ meis a facie pctōꝝ meo-
rū. Qm̄ iniqtates mee ſupgreſſe ſunt caput
meū: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſup me
Putruerūt ⁊ corrupte ſunt cicatrices mee: a
facie inſipientie mee. Miſer factus ſum et cur
uatus ſuꝫ uſqꝫ in finē: tota die cōtriſtatus in-
grediebar. Qm̄ lumbi mei ipleti ſunt illuſio
nib⁹: ⁊ nō eſt ſanitas i carne mea. Afflict⁹ ſū
et hūiliatus ſuꝫ nimis: rugiebā a gemitu cor
dis mei. Dn̄e ante te om̄e deſideriū meū: ⁊ ge
mitus meus a te nō eſt abſcōdit⁹. Cor meū
ꝯturbatū eſt: dereliquit me uirtus mea et lu-
men oculoꝝ meoꝝ: ⁊ ipm̄ nō eſt mecū. Ami
ci mei ⁊ pximi mei: aduerſuꝫ me appinquaue
rūt ⁊ ſteterūt. Et q̄ iuxta me erāt delonge ſte-
terūt: ⁊ uim faciebāt q̄ querebāt animā meā.
Et q̄ inquirebāt mala mihi locuti ſunt uani
tates: ⁊ dolos tota die meditabant. Ego aūt
tanq̄ ſurdus nō audiebā: ⁊ ſicut mutus non

aperiēs os ſuū. Et factus ſuz ſicut homo nō
audiēs: ⁊ nō habēs in oꝛe ſuo redargutiōes.
Qm̄ in te dn̄e ſperaui: tu exaudies me dn̄e de
us meus. Quia dixi neqñ ſupgaudeāt mihi
inimici mei: ⁊ dū cōmouent pedes mei ſup me
magna locuti ſunt. Qm̄ ego i flagella para
tus ſum: ⁊ doloꝛ meus in ꝯſpectu meo ſemper.
Qm̄ iniq̄tatē meā annūciabo: ⁊ cogitabo ꝓ
pctō meo. Inimici aūt mei viuūt ⁊ ꝯfirmati
ſunt ſup me: ⁊ multiplicati ſūt q̄ oderūt me ini
que. Qui retribuunt mala ꝓ bonis detrahe
bāt mihi: qm̄ ſequebar bonitatē. Ne derelin
quas me dn̄e deus meus: ne diſceſſeris a me.
Intende i adiutoriū meū: dn̄e deus ſalutis mee. Añ. Reuela domīo viam tuā.
℣. Dn̄e in celo miſcōia tua ℟. Et veritas tua
vſqꝫ ad nubes. Tpe aduētus ℣. Ex ſyon ſpe
cies decoꝛ ei⁹. ℟. Deus nr̄ manifeſte veniet.
Tpe paſc. Añ. Alleluia alleluia alle luia. ℣. Surrexit dn̄s de ſepulcro.
℟. Qui ꝓ nobis pepēdit in ligno: all'a. Tpe
paſcali in dieb⁹ ferialib⁹ dicunt antiphone de

dn̄ica dicti tp̄is uſqȝ ad aſcen. ſimilr̄ et ꝟſiculi. Ad laudes aūt infra annū qn̄ nō aſſumet̄ ꝓp̄ie an̄e: dicit̄ An̄a. Miſerere. Euouae.

Miſerere mei deus: ſcd̄m magnā Ps. l. miſericordiā tuā. Et ſcd̄m multitudinē miſerationū tuaꝝ: dele iniquitatē meā. Amplius laua me ab iniq̄tate mea: ⁊ a pctō meo mūda me. Qm̄ iniquitatē meā ego cognoſco: ⁊ peccatū meū ꝯtra me eſt ſp̄. Tibi ſoli peccaui: ⁊ malū corā te feci: vt iuſtificeris in ſermonib' tuis ⁊ vincas cū iudicaris. Ecce em̄ in iniq̄tatib' ꝯceptus ſū: ⁊ in pctīs ꝯcepit me mater mea. Ecce em̄ veritatē dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi. Aſperges me dn̄e yſopo ⁊ mūdabor: lauabis me ⁊ ſup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ letitiā: ⁊ exultabūt oſſa humiliata. Auerte faciē tuā a pctīs meis: ⁊ oēs iniq̄tates meas dele. Cor mundū crea in me deus: ⁊ ſpiritū rectū innoua in viſcerib' meis. Ne piicias me a facie tua: ⁊ ſpm̄ ſanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi letitiā ſalutaris tui: ⁊ ſpū principali ꝯfirma me. Docebo iniq̄s vi

as tuas: ⁊ impij ad te cõuertent̃. Libera me
de ſanguinib⁹ deus de⁹ ſalutis mee: ⁊ exulta-
bit lingua mea iuſticiã tuã. Dñe labia mea
aperies: ⁊ os meũ annunciabit laudem tuã.
Qm̃ ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem: vtiq̃ ho
locauſtis nõ delectaberiſ. Sacrificiũ deo ſpũs
cõtribulatus: cor ꝯtritũ ⁊ humiliatũ deus nõ
deſpicies. Benigne fac dñe in bona volũtate
tua ſyon: vt edificent̃ muri ierlm. Tũc accep-
tabis ſacrificiũ iuſticie oblationes ⁊ holocau-
ſta: tunc iponent ſup altare tuũ vitulos. Añ.

Miſerere mei de⁹. añ. Intellige. Euouae
Verba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe: in Pſ. v.
tellige clamorẽ meũ Intende voci ora
tionis mee: rex me⁹ ⁊ deus meus. Qm̃ ad te
orabo dñe: mane exaudies vocẽ meã. Mane
aſtabo tibi ⁊ videbo: qm̃ nõ deus volens iniq̃-
tatẽ tu es. Neq̃ habitabit iuxta te malign⁹:
neq̃ permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti om̃es q̇ operant̃ iniq̃tatẽ: ꝑdes om-
nes qui loquunt̃ mendaciũ. Virũ ſanguinũ
⁊ doloſum abominabit̃ dominus: ego autem

in multitudine miſericordie tue. Introibo in domū
tuā: adorabo ad tēplū ſctm̄ tuū in timore tuo.
Dñe deduc me in iuſticia tua ꝓpter inimicos
meos: dirige in conſpectu tuo viā meā. Qm̄
non eſt in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanum eſt.
Sepulchꝝ patēs eſt guttur eoꝝ: ⁊ linguis ſu
is doloſe agebāt: iudica illos deus. Decidāt
a cogitationibꝰ ſuis: ſcd̄m multitudinē impi
etatū eoꝝ expelle eos: qm̄ irritauerūt te dñe.
Letent oēs q̄ ſperāt in te: ineternū exulta-
būt et habitabis in eis. Et gloriabunt in te
oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm̄ tu bñdices iuſto.
Dñe vt ſcuto bo
ne volūtatis tue:
coronaſti nos añ. Intellige clamorē meū do
mine. Añ. Deus deus meus ad te de luce vigi
lo. ps̄. Ipm. añ. Conuerſus eſt. Euouae.
Confitebor tibi dñe Canticū Eſaie. xij.
qm̄ iratus eſt mihi: cōuerſus eſt furor
tuus ⁊ ꝯſolatus es me. Ecce deꝰ ſaluator me

us: fiducialiter agã ꝛ nõ timebo. Quia forti
tudo mea ꝛ laus mea dñs: ꝛ fact⁹ est mihi i ſa
lutẽ. Haurietis aq̃s in gaudio de fontib⁹ ſal
uatoris: ꝛ dicetis i illa die ꝯfitemini dño ꝛ inuo
cate nomẽ ei⁹. Notas facite in ꝑplis adinuẽ-
tiones ei⁹: memẽtote qm̃ excelſũ eſt nomẽ ei⁹.
Cantate dño qm̃ magnifice fecit: annũciate
h̃ in uniuerſa terra. Exulta ꝛ lauda habita
tio ſyon: qꝛ magnus i medio tui ſctũs iſrl. añ

Conuerſus eſt furor tuus domine et conſolatus
es me. Añ. Laudate dñm de celis. ps. Ipm.
Splendor paterne glorie de luce lucẽ hymnus.
ꝓferẽs lux lucis ꝛ fons luminis dies diẽ illu-
Uerusq; ſol illabere micans nitore ꝑ
peti: iubarq; ſanctiſpũs: infunde nr̃is
minãs ( ſenſibus. Uotis uocemus te patrẽ



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00091

patrē ꝑhennis glie: patrē potētis gratie: cul-
pā releget lubricā. Informet actus ſtrēnuoſ
dentes retūdat inuidi: caſus ſecūdet aſperos:
donec gerēdi gratiā. Mentē gubernet ⁊ regat
caſto fideli corpe: fides calore ferueat: fraudis
venena neſciat. Chriſtuſq; nobis ſit cib⁹: po
tuſq; noſter ſit fides: leti bibamus ſobriā: ebri
etatē ſpūs. Letus dies hic tranſeat: pudor
ſit vt diluculū: fides velut meridies: crepuſcu-
lum mens neſciat. Aurora curſus prouehit
aurora totus ꝓdeat: in prē totus filius ⁊ tot⁹
in verbo pater. Deo prī ſit glia. ℣. Repleti
ſumus mane miſcdia tua ℟. Exultauimus
et delectati ſumus. Ad benedictus Antiph.

Benedi ctus deus iſrahel. Ps. Ipſum.

Feria tertia Inuitatorium.



Iubilemus deo ſaluta ri noſtro. ps. Venite.

Conſors paterni luminis: lux ipſe hymnus.

lucis et dies noctē canēdo rūpimus aſſiſte po
A ufer tenebras mentiū: fuga ca-
teruas demonū: expelle ſomnolen-
ſtulantib⁹ ( tiam: ne pigritātes obruat. S ic
xp̄e nobis oīnibus indulgeas credentib⁹: vt
proſit exorantib⁹: q̄d precinē-
tes pſallimus. P reſta pat̄
piſſime. Ad nocturnū. Añ. I T non delin
quā. Euouae.

Tempore paſcali: Antipho. A Leluia. Euouae.



D Jxi cuſtodiā Ps. xxxviij
vias meas: vt non delin-
quā in lingua mea. P o-
ſui ori meo cuſtodiā: cū cō
ſiſteret pctōr aduerſuz me
O bmutui et hūiliat⁹ ſuz
ꝛ ſilui a bonis: ꝛ dolor me⁹ renouatus ē. C ō-
caluit cor meū intra me: et in meditatiōe mea
exardeſcit ignis. L ocutus ſū in lingua mea:
notū fac mihi dñe finē meū. E t numerꝝ dierꝝ
meorꝝ q̄s eſt: vt ſciā quid deſit mihi. E cce mē



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00093

ſurabiles poſuiſti dies meos: ⁊ ſubſtātia me
a tanq̄ nihilū ante te. Veꝝtamen vniuerſa
vanitas: om̄is hō viuēs. Veꝝtamē in yma
gine ꝑtranſit homo: ſed ⁊ fruſtra cōturbatur.
Theſaurizat ⁊ ignorat cui ꝯgregabit ea. Et
nūcq̄ eſt expectatio mea nōne dn̄s: ⁊ ſubſtan
tia mea apd̄ te eſt. Ab oībus iniq̄tatib⁹ me-
is erue me: obprobrium inſipienti dediſti me.
Obmutui ⁊ nō aperui os meū qm̄ tu feciſti:
amoue a me plagas tuas. A fortitudīe ma
nus tue ego defeci in icrepationib⁹: ꝓpter iniq̄
tatē corripuiſti hominē. Et tabeſcere feciſti ſi
cut araneā animā eius: veꝝtamē vane ꝯtur
bat̄ oīs homo. Exaudi orationē meā dn̄e et
deprecationē meā: auribus percipe lacrimas
meas. Ne ſileas qm̄ aduena ego ſum apud
te ⁊ peregrinus: ſicut om̄es patres mei. Re-
mitte mihi vt refrigerer priuſq̄ abeam: ⁊ am
Expectās ex Ps. xxxix. plius non ero.
pectaui dn̄m: ⁊ itendit mihi. Et exaudi
uit preces meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerie ⁊
de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petrā pedes me
os: et direxit greſſus meos. Et imiſit in os
meum canticum nouum: carmen deo noſtro.

Videbūt multi ꝛ timebūt: ꝛ ſperabūt in dn̄o.
Beatus vir cuius eſt nomē dn̄i ſpes ei⁹: ꝛ nō
reſpexit in vanitates ꝛ inſanias falſas. Mul
ta feciſti tu dn̄e de⁹ meus mirabilia tua: et co-
gitationib⁹ tuis nō eſt q̄ ſimilis ſit tibi. An-
nūciaui ꝛ locutus ſum: multiplicati ſunt ſup
numeꝝ. Sacrificiū ꝛ oblationē voluiſti: au-
res aūt ꝑfeciſti mihi. Holocauſtū ꝛ ꝓ pctō
nō poſtulaſti: tūc dixi ecce venio. In capite li
bri ſcriptū eſt de me: vt facerē voluntatē tuā
deus meus volui: et legē tuā in medio cordis
mei. Annūciaui iuſticiā tuā in eccleſia mag
na: ecce labia mea nō ꝓhibebo dn̄e tu ſciſti.
Iuſticiā tuā nō abſcōdi in corde meo: verita
tem tuā ꝛ ſalutare tuū dixi. Nō abſcondi mi
ſericordiā tuā et veritatē tuā: a cōcilio multo.
Tu aūt dn̄e ne longe facias miſeratiōes tu-
as a me: miſcd̄ia tua ꝛ veritas tua ſemꝑ ſuſce
perūt me. Qm̄ circūdederūt me mala: quoꝝ
nō eſt numerus: cōprehenderūt me iniq̄tates
mee ꝛ nō potui vt viderē. Multiplicate ſunt ſu
per capillos capitis mei: ꝛ cor meū dereliquit
me. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad
adiuuandū me reſpice. Confundant ꝛ reue



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00095

reant̄ ſimul q̇ querūt animā meā: ut auferāt
eā. Cōuertant̄ retrorſum ⁊ reuereant̄: q̇ uo
lunt mihi mala. Ferāt ꝯfeſtim ꝯfuſionē ſu-
am: q̇ dicūt mihi euge euge. Exultēt ⁊ leten-
tur ſup̱ te oēs querētes te: ⁊ dicant ſemp̱ mag
nificet̄ dn̄s q̇ diligūt ſalutare tuū. Ego aūt
mendicus ſum ⁊ pauper: dn̄s ſollicitus ē mei
Adiutor meus ⁊ protector
meus tu es: deus meus ne
tardaueris. **Antiphona.** Ut non delin
quā in lingua mea. **an̄.** Sana domie. Euouae.

Beatus q̇ intelligit ſup̱ egenū et **Ps. xl.**
pauperē: in die mala liberabit eū dn̄s.
Dn̄s ꝯſeruet eū et uiuificet eū: et beatū faci-
at eū in terra: ⁊ nō tradat eū in animā inimi-
coꝝ eius. Dn̄s opē ferat illi ſup̱ lectū doloris
eius: uniuerſum ſtratū eiꝰ uerſaſti in infirmi
tate eiꝰ. Ego dixi dn̄e miſerere mei: ſana ani
mā meā q: peccaui tibi. Inimici mei dixerūt
mala mihi: qn̄ moriet̄ et peribit nomen eius.
Et ſi ingrediebat̄ ut uideret uana loquebat̄:
cor eius cōgregauit iniq̇tatem ſibi. Egredie

bat̄ foras: ⁊ loquebat̄ in idipm̄. Aduerſum
me ſuſurrabāt oēs inimici mei: aduerſuȝ me
cogitabāt mala mihi. Verbū iniquū conſti
tuerūt aduerſū me: nūquid q̄ dormit nō adij-
ciet vt reſurgat. Etenī homo pacis mee in q̄
ſperaui: q̄ edebat panes meos magnificauit
ſup me ſupplantationē. Tu aūt dn̄e miſerere
mei ⁊ reſuſcita me: et retribuā eis. In h̄ cog-
noui qm̄ voluiſti me: qm̄ non gaudebit inimi
cus meus ſup me. Me aūt ꝓpter innocētiam
ſuſcepiſti: ⁊ ꝯfirmaſti me in ꝯſpectu tuo in eter
nū. Benedictus dn̄s deus iſrl̄: a ſeculo ⁊ in ſe-
Quēadmodū deſi Ps. xlj. culū fiat fiat.
derat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita deſi-
derat aīa mea ad te de⁹. Sitiuit aīa mea
ad deū fontē viuū: quādo veniā et apparebo
ante faciē dei. Fuerūt mihi lachrime mee pa
nes die ac nocte: dū dicit̄ mihi cottidie: vbi eſt
de⁹ tuus. Hec recordatus ſum ⁊ effudi in me
animā meā: qm̄ tranſibo in locū tabernacli
admirabilis vſq; ad domū dei. In voce exul
tatiōis ⁊ ꝯfeſſionis: ſonus epulantis. Qua
re triſtis es aīa mea: et quare ꝯturbas me.
Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: ſaluta-



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00097

re vultus mei ⁊ deus meus. Ad meipſm aīa
mea conturbata eſt: ꝓpterea memor ero tui de
terra iordanis ⁊ hermoniim a mōte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cathara
ctarū tuaꝝ. Omīa excelſa tua ⁊ fluctus tui:
ſup me tranſierūt. In die mandauit dn̄s mi
ſericordiā ſuā: ⁊ nocte canticū eius Apd̄ me
orō deo vite mee: dicā deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei: ⁊ q̄re ꝯtriſtatus ince
do dū affligit me inimicus. Dū ꝯfringūtur
oſſa mea: exꝓbrauerūt mihi q̄ tribulant me
inimici mei. Dū dicūt mihi ꝑ ſingulos dies
ubi eſt deꝰ tuus: q̄re triſtis es aīa mea: ⁊ q̄re
ꝯturbas me Spera ī deo qm̄
adhuc confitebor illi: ſalutare
vultus mei ⁊ deus meus Añ. Sana domīe

animā meā quia peccaui tibi. añ. Eructauit.

Deus auribꝰ nr̄is au Ps. xliij.
diuimus: patres nr̄i annūcia
uerūt nobis. Opus qd̄ operatus (Euouae.
es in diebꝰ eoꝝ: ⁊ in diebꝰ antiquis. Manus
tua gētes diſꝑdidit: ⁊ plantaſti eos: afflixiſti

popl'os ⁊ expuliſti eos. Nec enī in gladio ſuo
poſſederūt terrā: ⁊ brachiū eoꝝ nō ſaluauit eoſ
Sed dextera tua ⁊ brachiū tuū: et illumina
tio vultus tui: qm̄ cōplacuiſti in eis. Tu es
ipſe rex meus ⁊ deus meus: q̇ mādas ſalutes
iacob. In te inimicos nr̄os ventilabim' cor
nu: ⁊ in noīe tuo ſpernemus inſurgētes in no
bis. Nō enī in arcu meo ſperabo: et gladius
meus non ſaluabit me. Saluaſti enī nos de
affligentib' nos: ⁊ odiētes nos ꝯfudiſti. In
deo laudabimur tota die: ⁊ in noīe tuo ꝯfitebi
mur in ſeculū. Nūc aūt repuliſti ⁊ confudiſti
nos: ⁊ nō egredieriꝫ deus in virtutibus noſtriꝫ
Auertiſti nos retrorſū poſt inimicos nr̄os:
et q̇ oderūt nos diripiebāt ſibi. Dediſti nos
tanq̄ oues eſcaꝝ: ⁊ in gentib' diſperſiſti nos
Vendidiſti ꝑplm tuū ſine p̄cio: ⁊ nō fuit mul
titudo in cōmutatiōib' eoꝝ. Poſuiſti nos ob
ꝓbriū vicinis nr̄is: ſubſannationē ⁊ deriſum
his q̇ in circuitu nr̄o ſunt. Poſuiſti nos in ſi
militudinē gētib': cōmotionē capitiſ in ꝑplis
Tota die verecūdia mea ꝯtra me eſt: et cōfu
ſio faciei mee cooperuit me. A voce exꝓbran
tis ⁊ obloquētis: a facie inimici ⁊ perſequētis

Hec oīa venerūt sup̄ nos nec obliti ſumus te:
⁊ inique nō egimus in teſtamēto tuo. Et nō
receſſit retro cor noſtrum: ⁊ declinaſti ſemitas
nr̄as a via tua. Qm̄ hūiliaſti nos in loco af
flictiōis: ⁊ cooperuit nos umbra mortis Si
obliti ſumus nomen dei nr̄i: ⁊ ſi expādimus
manus nr̄as ad deū alienū. Nōne deus req̄
ret iſta: ipſe em̄ novit abſcōdita cordis. Qm̄
ꝓpter te mortificamur tota die: eſtimati ſum⁹
ſicut oues occiſionis. Exurge q̄re obdormis
dn̄e: exurge ⁊ ne repellas in finē. Quare faci
em tuā auertis: obliuiſcer͛ inopie nr̄e ⁊ tribu
lationis nr̄e. Qm̄ humiliata eſt in puluere
aīa nr̄a: cōglutinatus eſt in terra venter no
ſter. Exurge dn̄e adiuua nos: ⁊ redime nos
Eructauit Ps. xliiij. ꝓpter nomen tuū.
cor meū verbū bonū: dico ego opa mea
regi. Lingua mea calamus ſcribe: velociter
ſcribētis. Speciosus forma pre filijs hoim:
diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea bene
dixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo
ſup femur tuū: potētiſſime. Specie tua ⁊ pul
chritudine tua: intende pſpera pcede ⁊ regna.
Propter veritatē ⁊ manſuetudinē ⁊ iuſticiā:

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00100

et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte
tue acute: pp̄li ſub te cadēt in corda inimicorū
regis. Sedes tua de⁹ in ſeculū ſecli: virga di
rectiōis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiā et
odiſti iniq̄tatē: ꝓpterea vnxit te deus de⁹ tuus
oleo letitie p̄ ꝯſortib⁹ tuis. Mirra ⁊ gutta ⁊ ca
ſia a veſtimētis tuis a domib⁹: eburneis: ex
q̇bus delectauerūt te filie regū in honore tuo.
Aſtitit regina a dextrꝭ tuis: ī veſtitu deaura
to: circūdata varietate Audi filia ⁊ vide: ⁊ in
clina aurē tuā: et obliuiſcere pp̄l'm tuū ⁊ domū
patrꝭ tui. Et ꝯcupiſcet rex decorē tuū: q̄m ipe
eſt dñs de⁹ tuus ⁊ adorabūt eū. Et filie tyri ī
muneribus: vultū tuū deprecabunt oēs diui
tes plebis. Omnis glīa eius filie regis ab in
tus in fimbrijs aureis: circūamicta varieta-
tib⁹. Adducent regi virgīes poſt eā: ꝓxime
eius afferent tibi Afferent tibi in letitia ⁊ ex
ultatione: adducent in templum regis Pro
patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos
principes ſup omnē terrā. Memor ero nōis
tui dñe: in omni generatiōe ⁊ gene
ratiōe. Propterea pp̄li ꝯfitebunt
tibi ineternū: et in ſeculū ſecli. Añ.

ERucta

# Feria tertia.



uit cor meũ verbũ bonũ. añ Adiutor. Euouae.
Deus nr̃ refugiũ ꝛ virtus: adiu Ps. xlv
tor in tribulatiõibus q̃ inuenerũt nos
nimis. Propterea nõ timebimus dũ turba
bitur terra: ꝛ tranſferent mõtes in cor maris
Sonuerũt ꝛ turbate ſunt aque eoꝝ: ꝯturba-
ti ſũt mõtes in fortitudine ei⁹. Fluminis ipe
tus letificat ciuitatẽ dei: ſanctificauit taberna
culũ ſuũ altiſſim⁹. Deus ĩ medio eius nõ cõ
mouebit: adiuuabit eã deus mane diluculo.
Cõturbate ſunt gẽtes: et inclinata ſunt reg
na: dedit vocẽ ſuã mota eſt terra. Dñs virtu
tũ nobiſcũ: ſuſceptor noſter deus iacob. Veni
te ꝛ videte opa dñi: q̃ poſuit ꝓdigia ſup terrã:
auferẽs bella uſq ad finẽ terre. Arcũ cõteret
et cõfringet arma: ꝛ ſcuta cõburet igni. Va-
cate ꝛ videte qm̃ ego ſuꝫ deus: exaltabor in gẽ
tibus ꝛ exaltabor in terra. Dñs virtutũ no-
biſcũ: ſuſceptor nr̃ deus iacob. Ps. xlvi
Omnes gẽtes plaudite manib⁹: iubila-
te deo in voce exultatiõis. Qm̃ dñs excelſus:
terribilis rex magnus ſup oẽm terrã. Sub

cit pplos nobis: ꝛ gentes ſub pedib⁹ noſtrꝫ.
E legit nob hereditatē ſuā: ſpeciē iacob queꝫ
dilexit. A ſcēdit de⁹ in iubilo: ꝛ dn̄s in voce tu
be. P ſallite deo nr̄o pſallite: pſallite regi nr̄o
pſallite. Q m̄ rex oīs terre deus: pſallite ſapi
enter. R egnabit deus ſuꝑ gentes: deus ſedet
ſuꝑ ſedē ſanctā ſuā. P rincipes populoꝝ con
gregati ſunt cū deo abꝛahā:
qm̄ dij foꝛtes terre vehemen
ter eleuati ſunt. Antiphōa. A Diutoꝛ in tri
bulationib⁹. An̄. M Agnus domin⁹. Euouae.
M Agnus dn̄s et laudabilis Ps̄. xlvij.
nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte ſctō
ei⁹. F undat exultatiōe vniuerſe terre: mōs
ſyon latera aquilonis ciuitas regis magni.
D eus in domib⁹ eius cognoſcet: cū ſuſcipiet
eā. Q m̄ ecce reges ... ꝯgregati ſunt: cōue-
nerūt in vnū. I pſi videtes ſic ammirati ſunt
cōturbati ſunt cōmoti ſunt: tremoꝛ appꝛehen
dit eos. I bi doloꝛes vt parturiētis: in ſpū ve
hemēti cōteres naues tharſis. S icut audiui
mus ſic vidimus in ciuitate dn̄i virtutū: in ci

uitate dei nr̄i: de⁹ fundauit eā ineternū. Su-
ſcepimus deus miſericordiā tuā: in medio tē-
pli tui. Scdm nomē tuū deus ſic ⁊ laus tua ī
fines terre: iuſticia plena eſt dextera tua. Le-
tet mōs ſyon et exultēt filie iude: ꝓpter iudicia
tua dñe. Circundate ſyon ⁊ cōplectimini eā:
narrate in turrib⁹ eius. Ponite corda vr̄a ī
virtute eius: et diſtribuite domus ei⁹: vt enar
retis in ꝓgenie altera. Qm̄ hic eſt deus deus
nr̄: ineternū ⁊ in ſclm ſcli: ipſe reget nos ī ſcl'a

Audite hec oēs gētes: aurib⁹ Ps. xlviij
ꝑcipite oēs qui habitatis orbē. Quiqꝫ
terrigene ⁊ filij hominū: ſimul in vnū diues ⁊
paup. Os meū loquet ſapiētiā: ⁊ meditatio
cordis mei prudentiā. Inclinabo in parabo
lam aurē meā: aperiā in pſalterio ꝓpoſitionē
meā. Cur timebo in die mala: iniqtas calca
nei mei circūdabit me. Qui ꝯfidūt in virtute
ſua: et in multitudīe diuitiarꝫ ſuarꝫ gloriant.
Frater nō redimit redimet hō: nō dabit deo
placationē ſuā Et preciū redemptiōis anīe
ſue: ⁊ laborabit ineternū ⁊ viuet adhuc in finē
Nō videbit interitū cū viderit ſapientes mo-
rientes: ſimul inſipiēs ⁊ ſtultus peribūt Et

relinquẽt alienis diuitias ſuas: et ſepulcra eo
rũ domus illoꝝ ineternũ. Tabernacula eoꝝ i
ꝓgenie et ꝓgenie: vocauerũt noīa ſua in terr
ſuis Et homo cũ in honore eſſet nõ itellexit:
cõparatus eſt iumẽtis inſipientibꝰ et ſimilis
factus eſt illis. Hec via illoꝝ ſcandalũ ipſis:
et poſtea in ore ſuo cõplacebũt. Sicut oues i
inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et do
minabunť eoꝝ iuſti i matutino: et auxilium
eoꝝ veteraſcet in inferno a glīa eoꝝ. Uerũta
men deus redimet aīam meã de manu inferi:
cũ acceperit me. Ne timuer cũ diues factus
fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria
domus eiꝰ. Quoniã cũ interierit non ſumet oīa:
neq deſcendet cũ eo gloria eius. Quia anīa
eius in vita ipſius benediceť: cõfitebiť tibi cũ
benediceris ei. Introibit uſq in ꝓgenies pa
trũ ſuoꝝ: et uſq ineternũ non videbit lumen.
Homo cũ in honore eſſet nõ itel
lexit: cõparatꝰ eſt iumẽtis inſipi
entibꝰ et ſilis factus eſt illis. Añ. Magnus
domīnꝰ et laudabilis nimis. añ. DEus deorũ.

# Feria tercia.

Deus deoꝝ dñs locu Ps. xlix
tus eſt: ꝛ vocauit terrã A ſo
lis ortu vſq₃ ad occaſu₃: ex ſyon ſpe (Euouae.
cies decoꝛ eius. Deus manifeſte veniet: de⁹
noſter ꝛ nõ ſilebit. Ignis in ꝯſpectu eius ex
ardeſcet: et ĩ circuitu ei⁹ tẽpeſtas valida. Ad
uocauit celũ deſurſu₃: et terrã diſcernere ppl'm
ſuũ. Cõgregate illi ſctõs eius: q̇ ordinãt te
ſtamentũ ei⁹ ſup ſacrificia. Et annũciabũt
celi iuſticiã eius: qm̃ de⁹ iudex eſt Audi ppl's
meus et loquar iſrael: ꝛ teſtificaboꝛ tibi deus
deus tuus ego ſum Nõ in ſacrificiiſ tuis ar
guam te: holocauſta aũt tua in ꝯſpectu meo
ſunt ſemp. Nõ accipiã de domo tua vitulos:
neq₃ de gregibus tuis hyrcos. Qm̃ mee ſũt
om̃es fere ſiluaꝝ: iumenta in mõtibus et bo
ues. Cognoui om̃ia volatilia celi: ꝛ pulchri
tudo agri meũ eſt. Si eſuriero nõ dicam ti
bi: meus eſt eñi orbis terre ꝛ plenitudo eius.
Nunq̇d mãducabo carnes tauroꝝ: aut ſan
guinẽ hircoꝝ potabo. Immola deo ſacrifici
um laudis: ꝛ redde altiſſimo vota tua. Et in
uoca me in die tribulationis: eruam te et ho
norificabis me. Peccatori autẽ dixit deus:

quare tu enarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis
teſtamentū ꝑ os tuū. Tu vero odiſti diſcipli
nā: et ꝓieciſti ſermones meos retrorſū. Si
videbas furē currebas cū eo: et cū adulteris
portionē tuā ponebas. Os tuū abundauit
malicia: ⁊ lingua tua cōcinnabat dolos. Se
dēs aduerſus fratrē tuū loq̄baris: ⁊ aduerſꝰ
filiū mr̄is tue ponebas ſcandalū: hec feciſti et
tacui. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis: ar-
guā te ⁊ ſtatuā cōtra faciē tuā. Intelligite hec
qui obliuiſcimini deū: nequādo rapiat ⁊ nō ſit
qui eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit
me: et illic iter q̄ oñdā illi ſalutare dei. Ps. lj.

Quid gloriaris in malicia: qui potens
es in iniquitate. Tota die iuſticiā co-
gitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feci-
ſti dolū. Dilexiſti maliciā ſup benignitatē:
iniquitatē magis quā loqui equitatē. Dile
xiſti om̄ia verba ꝓcipitatiōis: lingua doloſa.
Propterea deus deſtruet te in finē: ⁊ euellet te
et emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ radicem
tuā de terra viuētiū. Videbūt iuſti ⁊ timebūt:
et ſup eū ridebūt ⁊ dicēt: ecce homo qui nō po-
ſuit deū adiutorē ſuū. Sed ſperauit in multi



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00107

tudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Antiphona. Deus deorum dominus locutus est. In aduentu ℣. Emitte agnum domine dominatorem terre. ℟. De petra deserti ad montem filie syon. Tempore pascali. Antiphona. Alleluia alleluia alle luia. ℣. Surrexit dominus vere: alleluia. ℟. Et apparuit symoni alleluia. Ad laudes Antiphona.

Dele domine iniquitatem meam. Psalmus. Miserere. Tempore autem pascali antiphona. Alleluia. cum reliquis de dominica dicti temporis. Antiphona. Salutare. Euouae.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Psalmus xlij. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo: dum affli

git me inimic⁹? Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuam: ipſa me deduxerūt et adduxerūt in montē ſanctū tuū: ⁊ in tabernacla tua. Et introibo ad altare dei: ad deū q̄ letificat iuuentutē meā Confitebor tibi in cythara deus de⁹ meus: q̄re triſtis es aīa mea et quare cōturbas me. Spera ī deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus. Antiphona.

Salutare vultus mei et deus meus. Aña.

Ad te de luce vigilo deus. Ps. De⁹ d̄s me.

Antiphona. Canticū zacharie

Cunctis diebus. Euouae.

Ego dixi in dimidio dierū meorū: vadam ad portas inferi. Queſiui reſiduū annorū meorū: dixi nō videbo dn̄m deū in terra viuentiū. Nō aſpiciā hoīem vltra: ⁊ habitatorē quietis. Generatio mea ablata eſt ⁊ cōuoluta eſt a me: quaſi tabernacla paſtorū. Preciſa eſt velut a texente vita mea: dū adhuc or



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00109

dixer ſuccidit me: de mane vſq; ad veſperā fini
es me. Sperabā vſq; ad mane: quaſi leo ſic
cōtriuit oīa oſſa mea. De mane vſq; ad ve
ſperā finies me: ſicut pullus hirūdinis ſic cla
mabo meditabor: vt colūba. Attenuati ſunt
oculi mei: ſuſpiciētes in excelſo. Dñe vim pa
tior: reſpōde ꝑ me: quid dicā aut qd rñdebit mi
hi cū ipſe fecerim. Recogitabo tibi oēs ānos
meos: in amaritudīe aīe mee. Dñe ſi ſic vi-
uitur ⁊ in talibus vita ſpūs mei: corripies me ⁊
viuificabis me: ecce ī pace amaritudo mea ama
riſſima. Tu aūt eruiſti animā meā vt nō pe
riret: piecisti poſt tergū tuū omnia pctā mea.
Quia nō infernus ꝯfitebitur tibi: neq; mors
laudabit te: nō expectabunt q̄ deſcendūt in la
cū veritatē tuā. Viuēs viuens ipſe ꝯfitebitur
tibi ſicut ⁊ ego hodie: pater filijs notam faciet
veritatē tuā. Dñe ſaluū me fac: et pſalmos
nr̄os cātabimus cū-
ctis dieb⁹ vite noſtre
in domo dñi. Aña. Cunctis diebus vite no
ſtre ſaluos nos fac domine. añ. Omnes angeli

rius laudate dominum de celis. Ps. Lau. dñm.
Caplm. Nox preceſſit: dies aũt. Hymnus.
Ales diei nũcius lucẽ ꝑpinquã precinit:
nos excitator mentiũ iam xp̄s ad vitã vocat.
Auferte clamat lectulos: egros sopore desides caſtiq; recti ac sobrii: vigilate iã sum ꝓximus. Jesum ciamus vocib⁹: flentes precantes sobrie: intenta supplicatio: dormire cor mũdum vetat. Tu xp̄e somnũ discute: tu rumpe noctis vincla tu solue peccatũ ver⁹ nouũq; lumẽ ingere. Gloria. ℣.
Repleti sumus. vrs. Ad bñdic. añ. Erexit
dominus nobis cornu salutis in domo dauid pueri
sui. ps. Bñdict⁹. Feria Quarta Inuita. A manu tua do

mine. Omnes fi nes terre. Pſ. Venite. Hymnꝰ.

Rerũ creatoꝛ optime: rectoꝛqʒ noſter aſpi
ce nos a quiete noxia: merſos ſopoꝛe libera.
Te ſancte xp̄e poſcimus: ignoſce tu criminibꝰ
ad ↄfitendũ ſurgimus: moraſqʒ noctis rũpi-
mus. Mẽtes manuſqʒ tollimus ꝓpheta ſicut
nouimus: nob gerendũ pꝛecipit: pauluſqʒ ge
ſtis cenſuit. Uides malũ qđ geſſimus: occul-
ta nr̄a pãdimus: pꝛeces gemẽtes fundimus
dimitte qđ peccauimꝰ. Pꝛeſta pr̄ piiſſi. Añ.

Tpe pal.

AUertit dominꝰ. Euouae. Añ. ALleluia.



DIxit in Pſ. li.
ſipiens in cozde
ſuo: non eſt deꝰ. Euouae.
Coꝛrupti ſũt τ abomina-
biles facti ſunt in iniq̇tati
bus: nõ eſt q̇ faciat bonũ.

Deus de celo ꝓſpexit ſup̄ filios hoīm: ut vide
at ſi eſt intelligēs aut requirēs deū. Omnes
declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt q̄
faciat bonū nō eſt uſq̧ ad unū. Nōne ſcient
oēs q̇ operant̄ iniq̄tatē: q̇ deuorāt plebē meā
ut cibū panis. Deū nō inuocauerūt: illic tre-
pidauerūt timore ubi nō fuit timor. Qm̄ deꝰ
diſſipauit oſſa eoꝝ q̇ hoībus placent: confuſi
ſunt qm̄ deꝰ ſpreuit eos. Quis dabit ex ſyon
ſalutare iſrael: cū cōuerterit dn̄s captiuitatē
plebis ſue: exultabit iacob ⁊ letabit̄ iſrl̄. Pſ.
Exaudi deus orationē meā: et ne liiij.
deſpexeris depcationē meā: intende mihi
et exaudi me. Contriſtatus ſum in exercitati
one mea: ⁊ cōturbatus ſum a voce inimici et a
tribulatiōe pctōris. Qm̄ declinauerūt in me
iniq̄tates: ⁊ in ira moleſti erāt mihi. Cor me
um cōturbatū eſt in me: ⁊ formido mortis ceci-
dit ſup me. Timor ⁊ tremor venerūt ſup me:
et cōtexerūt me tenebre. Et dixi: quis dabit
mihi pennas ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requi
eſcā. Ecce elongaui fugiēs: ⁊ manſi in ſolitu
dine. Expectabā eū q̇ ſaluū me fecit a puſil
lanimitate ſpūs: ⁊ tēpeſtate. Precipita dn̄e

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00113

diuide linguas eoꝝ: qm̄ vidi iniq̄tatē ⁊ cōtra-
dictionē in ciuitate. Die ac nocte circūdabit
eā ſup̱ muros eius iniq̄tas: ⁊ labor in medio
eius ⁊ iniuſticia. Et nō defecit de plateis eiꝰ:
vſura et dolus. Qm̄ ſi inimicus meus male
dixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiqꝫ. Et ſi is qui
oderat me ſup̱ me magna locutus fuiſſet: ab-
ſcōdiſſem me forſitā ab eo. Tu vero hō vna-
nimis: dux meus ⁊ notus meus Qui ſimul
mecū dulces capiebas cibos: in domo dei am
bulauimus cū conſenſu. Ueniat mors ſup̱ il
los: ⁊ deſcendāt in infernū viuētes. Qm̄ neq̄
cie in habitacul' eoꝝ: in medio eoꝝ. Ego aūt
ad deū clamaui: ⁊ dn̄s ſaluauit me. Ueſpe et
mane ⁊ meridie narrabo ⁊ annunciabo: ⁊ ex-
audiet vocē meā. Redimet in pace aīaꝫ meā
ab his q̄ appinquāt mihi: qm̄ inter multos
erāt mecū. Exaudiet deus et hūiliabit illos:
q̄ eſt ante ſecl'a Nō eīn eſt illis cōmutatio: et
non timuerūt deū: extendit manū ſuā in retri
buendo. Cōtaminauerūt teſtamentū eius:
diuiſi ſunt ab ira vultus eius: ⁊ appinquauit
cor illius Molliti ſunt ſermones eiꝰ ſup̱ oleū:
et ipſi ſunt iacula. Iacta ſup̱ dn̄m curā tuā ⁊

ipſe te enutriet: nō dabit ineternū fluctuatio-
nē iuſto. Tu vero deꝰ: deduces eos in puteū
interitꝰ. Viri ſāguinū ꝛ dolo
ſi non dimidiabūt dies ſuos:
ego aūt ſperabo ī te dn̄e. An̄. A Vertit dn̄s
captiuitatē plebꝭ ſue. an̄. Q Uoniam. Euouae.

M Iſerere mei deus qm̄ cōculca Ps. lv.
uit me homo: tota die impugnās tri-
bulauit me. Conculcauerūt me inimici mei
tota die: qm̄ multi bellātes aduerſū me. Ab
altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo
In deo laudabo ſermones meos: in deo ſpe-
raui nō timebo quid faciat mihi caro. Tota
die verba mea execrabant̄: aduerſuꝫ me oēs
cogitatiōes eoꝝ in malū. Inhabitabūt ꝛ ab
ſcondent: ipſi calcaneū meū obſeruabūt. Si-
cut ſuſtinuerūt animā meā ꝑ nihilo: ſaluos
facies illos: in ira ꝑplos ꝯfringes. Deꝰ vitā
meā annūciaui tibi: poſuiſti lachrymas me-
as in ꝯſpectu tuo. Sicut ꝛ in ꝓmiſſione tua:
tūc ꝯuertent̄ inimici mei retrorſuꝫ. In quacūqꝫ
die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ deꝰ meꝰ es

In deo laudabo verbū ꝛ in dn̄o laudabo ſer-
monē: in deo ſperaui nō timebo q̇d faciat mi-
hi homo. In me ſunt deus vota tua: q̄ reddā
laudatiōes tibi. Qm̄ eripuiſti aīam meā de
morte ꝛ et pedes meos de lapſu: vt placeā corā
deo in lumine viuentiū. Pſalm⁹. lvj.
Miſerere mei de⁹ miſerere mei: qm̄ in te
ꝯfidit aīa mea. Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ ſpe
rabo: donec tranſeat iniq̄tas. Clamabo ad
deū altiſſimū: deū q̄ benefecit mihi. Miſit de
celo ⁊ liberauit me: dedit in obꝓbriū cōculcā
tes me. Miſit deus miſ̄cdiam ſuā et veritatē
ſuā ꝛ et eripuit animā meā de medio catuloꝝ
leonū: dormiui ꝯturbatus. Filij hoīm dētes
eoꝝ arma ⁊ ſagitte: ⁊ ligua eoꝝ gladius acu-
tus. Exaltare ſup̱ celos deus: ⁊ in omnē ter
rā gloria tua. Laqueū parauerūt pedibus
meis: ⁊ incuruauerūt animā meā. Foderūt
ante faciem meā foueā: ⁊ inciderūt in eā. Pa
ratū cor meū deus paratū cor meū: cātabo et
pſalmū dicam. Exurge gloria mea exurge
pſalteriū ⁊ cythara: exurgā diluculo. Confi
tebor tibi in populis dn̄e: et pſalmū dicā tibi
in gentibus. Qm̄ magnificata eſt vſq₃ ad ce

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00116

los miſcdia tua: ⁊ uſq̄ ad nubes veritas tua.
Exaltare ſup celoſ
deus: et ſup oēm ter
rā gloria tua. Añ. Quoniam in te confidit
anima mea. Añ. Juſte iudica te. Euouae.
Si vere utiq̄ iuſticiā loq̄mini: Ps. lvij.
recte iudicate filij hoīm. Etenī in corde
iniq̄tates opamini i terra: iniuſticias man⁹
veſtre cōcinnāt. Alienati ſunt pctōres a vul
ua: errauerūt ab utero: locuti ſunt falſa. Fu
ror illis ſcdm ſimilitudinē ſerpētis: ſicut aſpi
dis ſurde ⁊ obturātis aures ſuas. Que non
exaudiet vocem incantantiū: ⁊ venefici incan
tātis ſapienter. Deus cōteret dentes eoꝝ in
ore ipſoꝝ: molas leonū ꝯfringet dñs. Ad ni
hilū deuenient tanq̄ aqua decurrēs: intendit
arcū ſuū donec infirment. Sicut cera q̄ fluit
auferent: ſupcecidit ignis ⁊ nō viderūt ſolem.
Priuſq̄ intelligerent ſpine veſtre ramnum:
ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos. Letabi
tur iuſtus cū viderit vindictā: manus ſuas la
uabit in ſanguine pctōris. Et dicet homo ſi

vtiqꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicans
eos in terra.
E Rripe me de Pſal. lviij. inimicis meis deus meus: et ab inſur
gentibꝰ in me libera me. E ripe me de operā
tibus iniq̇tatē: et de virꝫ ſanguinū ſalua me.
Q uia ecce ceperūt animā meā: irruerunt in
me foꝛtes. N eqꝫ iniq̇tas mea neqꝫ pctm̄ me-
um dn̄e: ſine iniq̇tate cucurri ꝛ direxi. E xur-
ge in occurſuz meū ꝛ vide: ꝛ tu dn̄e deus virtu-
tū deus iſrl̄. I ntende ad viſitandas oēs gen-
tes: non miſerearꝫ oībus q̇ operant̄ iniquita
tē. C onuertent̄ ad veſperā: et famē patient̄
vt canes: ꝛ circuibūt ciuitatē. E cce loquētur
in oꝛe ſuo: et gladius in labijs eoꝝ: qm̄ quis
audiuit E t tu dn̄e deridebis eos: ad nihilum
deduces oēs gentes. F oꝛtitudinē meā ad te
cuſtodiā: quia deus ſuſceptoꝛ meus es: deus
meus miſcdia eius ꝑueniet me. D eus oſtē-
dit mihi ſup inimicos meos ne occidas eos:
neq̄n obliuiſcant̄ ꝑpli mei D iſperge illos in
virtute tua: ꝛ depone eos pꝛotectoꝛ meus dn̄e
D elictū oꝛis eoꝝ ſermonē labioꝝ ipſoꝝ: ꝛ cō
pꝛehendant̄ in ſupbia ſua. E t de execratiōe
et mendatio annūciabunt̄ in cōſummatiōe:

in ira ꝯſummatiõis ⁊ nõ erũt. Et ſciẽt qꝛ de
us dñabit iacob: ⁊ finium terre. Cõuertent
ad veſperã: et famẽ patient vt canes: ⁊ circui
bũt ciuitatẽ. Ipſi diſpgent ad mãducandũ:
ſi vero non fuerint ſaturati et murmurabũt.
Ego aũt cãtabo fortitudinẽ tuã: ⁊ exaltabo
mane miſcđiam tuã Quia factus es ſuſcep
tor meꝰ ⁊ refugiũ meũ: i die tribulatiõis mee.
Adiutor meus tibi pſal-
lã: qꝛ deꝰ ſuſceptor meꝰ es:
deꝰ meus miſcđia mea. añ. Iuſte iudicate
filij hominũ. añ. Va nobis domine. Euouae.
Deus repuliſti nos ⁊ deſtruxiſti Pſ. lix.
nos: iratus es ⁊ miſertus es nob Cõ
mouiſti terrã ⁊ cõturbaſti eã: ſana ꝯtritiões
eius qꝛ cõmota ẽ. Oſtendiſti pplo tuo dura:
potaſti nos vino cõpunctiõis. Dediſti me-
tuentibꝰ te ſignificatiõnẽ: vt fugiãt a facie ar
cus. Ut liberent dilecti tui: ſaluũ fac dextera
tua ⁊ exaudi me Deꝰ locutus eſt in ſctõ ſuo:
letabor et partibor ſiccimã: ⁊ cõuallem taber-
naclož metibor Meus eſt galaad ⁊ meus eſt

manaſſes: et effraym fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla ſpei mee. In ydu
meã extendã calciamẽtum meũ: mihi alieni-
gene ſubditi ſunt. Quis deducet me in ciuita
tem munitã: q̇s deducet me uſq̃ in ydumeã.
Nõne tu deus q̇ repuliſti nos: et nõ egredie-
ris deus in virtutib⁹ nr̃is. Da nobis auxi-
lium de tribulatiõe: q: vana ſalus hois. In
deo faciemus virtutẽ: ⁊ ipſe ad nihilũ deducet
Exaudi deus Ps. lx. tribulantes nos.
deprecationẽ meã: intende orõni mee. A
finib⁹ terre ad te clamaui: dũ anxiaret cor me
um in petra exaltaſti me. Deduxiſti me q:
factus es ſpes mea: turris fortitudinis a facie
inimici. Inhabitabo in tabernaclo tuo in ſe
cula: ptegar in velamẽto alaꝝ tuaꝝ. Quõ tu
deus me⁹ exaudiſti orõnẽ meã: dediſti heredi
tatẽ timẽtib⁹ nomẽ tuũ. Dies ſup dies regis
adiicies: annos ei⁹ uſq̃ in diẽ gñationis ⁊ ge
neratiõis. Permãet ineternũ in cõſpectu dei:
miſcdiam ⁊ veritatẽ eius q̇s req̇ret. Sic pſal
mũ dicã noi tuo i ſecu
luꝫ ſecli: ut reddã vota
mea de die in diẽ. An.
Da nobis dom̄e auxi

lium de tribulatione. añ. Nonne deo. Euouae

Nonne deo ſubiecta erit aĩa mea: Ps. lxi. nã ab ipſo eñi ſalutare meũ. Nã ⁊ ipſe deus meus ⁊ ſalutaris meus: ſuſceptor meꝰ nõ mouebor ampliꝰ Quouſqꝫ irruitis in hominẽ: ⁊ interficitis uniuerſi nos: tanq̃ parieti inclinato ⁊ macerie depulſe. Uerumtamen preciũ meũ cogitauerũt repellere ⁊ cucurri in ſiti: ore ſuo bñdicebãt ⁊ corde ſuo maledicebãt. Uerũtñ deo ſubiecta eſto aĩa mea: qm̃ ab ipſo paciẽcia mea Quia ipſe deus meus ⁊ ſaluator meus: adiutor meus nõ emigrabo. In deo ſalutare meũ ⁊ glĩa mea: deus auxilij mei et ſpes mea in deo eſt Sperate in eo oĩs cõgregatio ꝑplĩ: ⁊ effundite corã illo corda vr̃a: deꝰ adiutor nr̃ in eternũ. Uerũtñ vani filij hoĩm: ⁊ mendaces filij hoĩm in ſtateris: ut decipiãt ipſi de uanitate in idipſuz. Nolite ſperare in iniq̃tate: ⁊ et rapinas nolite ↄcupiſcere: diuitie ſi affluant nolite cor apponere Semel locutus eſt deus duo hec audiui: ⁊ q2 poteſtas dei eſt et tibi dñe miſcd̃ia: q2 tu reddes unicuiqꝫ iuxta opa ſua.

EXaudi deus orationē meā cū Pſ. lxiij.
deprecor: a timore inimici eripe aīaȝ meā
Protexiſti me a cōuentu malignantium: a
multitudīe operantiū iniq̇tatē Quia exacu
erūt vt gladiū linguas ſuas ⁊ intenderūt arcū
rem amarā: vt ſagittēt ī occultis īmaculatū.
Subito ſagittabūt eū et nō timebūt: firma-
uerūt ſibi ſermonē nequā Narrauerūt vt ab
ſconderēt laqueos: dixerūt quis videbit eos.
Scrutati ſunt iniq̇tates: defecerūt ſcrutātes
ſcrutinio Accedet hō ad cor altū: ⁊ exaltabit
deus. Sagitte puulorū facte ſunt plage eorū:
et infirmate ſunt ɔtra eos lingue eorū Con-
turbati ſunt oēs q̇ videbant eos: ⁊ timuit oīs
homo Et annūciauerūt opa dei: ⁊ facta eius
intellexerūt Letabit iuſtus
in dño ⁊ ſperabit ī eo: ⁊ lau
dabunt oēs recti corde. Añ. NOnne deo ſub
iecta erit anima mea. Añ. BEnedicite. Euouae.
IVbilate deo oīs terra ⁊ pſalmū Pſ. lxv
dicite noī eius: date gloriā laudi ei⁹ Di
cite deo q̄ terribilia ſunt opa tua dñe: in mul-

titudīe virtutis tue mentient tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te deus ⁊ pſallat tibi: pſal
mū dicat noī tuo. Venite ⁊ videte opa dei: ter
ribilis i ɔſilijs ſup filios hoim. Qui ɔuertit
mare in aridā: in flumie ptranſibūt pede: ibi
letabimur i ipſo. Qui dn̄at in virtute ſua in
eternū: oculi ei⁹ ſup gētes reſpiciūt: q̄ exaſpe
rāt nō exaltent in ſemetipſis. Bn̄dicite gen-
tes deū noſtrū: ⁊ auditā facite vocē laudis ei⁹
Qui poſuit animā meā ad vitā: ⁊ non dedit
in cōmotionē pedes meos. Qm̄ pbaſti nos
deus: igne nos examinaſti ſicut examinat ar
gentū. Induxiſti nos in laqueū: poſuiſti tri
bulatiōes in dorſo nr̄o: ipoſuiſti hoies ſup ca-
pita nr̄a. Trāſiuimus p ignē ⁊ aquā: ⁊ edu-
xiſti nos in refrigeriū. Introibo in domū tuā
in holocauſtis: reddā tibi vota mea q̄ diſtin-
xerūt labia mea. Et locutū eſt os meū: in tri
bulatiōe mea. Holocauſta medullata offerā
tibi cū incenſo arietū: offerā tibi boues cū hir
cis. Venite audite et narrabo oēs q̄ timetis
deū: quāta fecit aie mee. Ad ipm ore meo cla
maui: ⁊ exultaui ſub lingua mea. Iniqtatē
ſi aſpexi in corde meo: nō exaudiet dn̄s. Pro

ꝓterea exaudiuit deus: ⁊ attendit voci deꝓcati
onis mee. Bñdictus deus: q̇ nõ amouit ora-
tionẽ meã ⁊ miſcdiam ſuam a me. Ps. lxvij.
Exurgat deus ⁊ diſſipent inimici eius: ⁊
fugiant q̇ oderũt eũ a facie eius Sicut
deficit fumus deficiãt: ſicut fluit cera a facie ig
nis ſic pereãt pctõres a facie dei Et iuſti epu
lent ⁊ exultent in ↄſpectu dei: ⁊ delectent in le-
titia. Cãtate deo pſalmũ dicite nomi eius ⁊
iter facite ei qui aſcendit ſup occaſum: dñs no
men illi. Exultate in ↄſpectu eius: turbabũ
tur a facie eius patris orphanoꝝ ⁊ iudicis vi
duaꝝ. Deus in loco ſctõ ſuo: deus qui inha-
bitare facit vnius moris in domo. Qui edu-
cit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui ex
aſperãt qui habitãt in ſepulchris. Deus cũ
egredieris in ↄſpectu populi tui: cũ pertranſi
eris in deſerto Terra mota eſt etẽi celi diſtil
lauerunt a facie dei ſynai: a facie dei iſrahel.
Pluuiam voluntariam ſegregabis deus
hereditati tue ⁊ infirmata eſt: tu vero perfeci-
ſti eam. Animalia tua habitabũt in ea: pa-
raſti in dulcedie tua pauperi deus. Dñs da
bit verbum euãgeliſantibus: virtute multa:

Rex virtutū dilecti dilecti: ⁊ ſpeciei domus di
uidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cle
ros pēne colūbe deargētate: ⁊ poſteriora dor
ſi eiꝰ in pallore auri. Dū diſcernit celeſtis re
ges ſuꝑ eam niue dealbabunt in ſelmō: mōs
dei mōs pinguis Mōs coagulatꝰ mōs pin
guis: ut qd ſuſpicamini mōtes coagulatos.
Mōs in q̊ beneplacitū eſt deo habitare in eo:
etenī dn̄s habitabit in finē. Currus dei decē
milibꝰ multiplex milia letantiū: dn̄s in eis in
ſynai in ſctō. Aſcēdiſti in altū cepiſti captiui
tatē: accepiſti dona in hoībus. Etenī non cre
dentes: inhabitare dn̄m deū. Bn̄dictus dn̄s
die cottidie: ꝓſperū iter faciet nobis deus ſalu
tariū nr̄oꝝ. Deus nr̄ deus ſaluos faciendi:
et dn̄i dn̄i exitus mortis. Uerūtm̄ deus ꝯfrin
get capita inimicoꝝ ſuoꝝ: verticē capilli ꝑam
bulantiū in delictis ſuis Dixit dn̄s ex baſan
ꝯuertā: conuertā in ꝓfundū marꝭ. Ut intin
guatꝛ pes tuus in ſanguīe: lingua canū tuoꝝ
ex inimicis ab ipſo. Viderūt ingreſſus tuos
deus: ingreſſus dei mei regis mei q̇ eſt in ſctō
Preuenerūt principes cōiuncti pſallentibꝰ:
in medio iuuēculaꝝ tympaniſtriaꝝ. In eccle

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00125

lijs bñdicite deo dño: de fontib⁹ iſrl. Ibi ben- iamin adoleſcẽtulus: in mẽtis exceſſu. Prin cipes iuda duces eoꝝ: principes zabulon pri- cipes neptalim. Manda de⁹ virtuti tue: cõfir ma h̄ deus qđ operatus es in nobis. A tẽplo tuo in ieruſalẽ: tibi offerẽt reges munera. In crepa feras harũdinis: cõgregatio tauroꝝ i vaccis ꝓploꝝ: ut excludãt eos q̄ ꝓbati ſunt ar gento. Diſſipa gẽtes q̄ bella volũt: venient legati ex egipto: ethyopia ꝑueniet man⁹ eius deo. Regna terre cãtate deo: pſallite domio. Pſallite deo q̄ aſcẽdit ſup celũ celi: ad orientẽ. Ecce dabit voci ſue vocẽ virtutis: date glori am deo ſup iſrl: magnificẽtia eius et virtus ei⁹ in nubib⁹. Mirabilis de⁹ in ſctis ſuis: deus iſrael ipſe dabit ỽtutẽ et fortitudinẽ pleƀ ſue: benedict⁹ deus. Antiphona. Benedicite gentes deum noſtrum. ℣. De⁹ vitã meã annũciaui tibi. ℟. Poſuiſti lachrymas meas in ꝯſpectu tuo. Tpe aduẽ. ℣. Egrediet̄ dñs de loco ſctõ ſuo. ℟. Veniet ut ſaluet po pulũ ſuũ. Tpe paſcali Añ. Alle luia alle

℣. Gauiſi ſunt diſci
puli al'. ℟. Viſo dño
luia alleluia. ( all'a. Ad lau. añ. Amplius
lava me domīe ab iniuſticia mea. ps̃. Miſere. añ.

Te decet Ps̃. lxiiij.
Te hymnus deus i ſy-
on: et tibi reddet̃ votū in TE decet. Euouae.
ieruſalē. Exaudi orationē meā: ad te oīs ca
ro veniet. Verba iniquorū preualuerūt ſup
nos: ⁊ īpietatib' noſtris tu ꝓpitiaberis. Bea
tus quē elegiſti ⁊ aſſumpſiſti: habitabit in a-
triſs tuis Replebimur in bonis domus tue:
ſanctū eſt templū tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes om
niū finiū terre et in mari longe. Preparans
mōtes in ꝟtute tua accinctus potētia: q̇ ↄtur
bas ꝓfundū mar⁊ ſonū fluctuū eius Turba
bunt̃ gētes ⁊ timebūt q̇ habitāt termios a ſig
nis tuis: exitus matutini et veſpe delectabis.
Viſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eā: mſtiplicaſti lo
cupletare eā Flumē dei repletū eſt aquis: pa
raſti cibū illoꝝ qm̄ ita eſt preparatio eius Ri



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00127

uos eius inebria ꝛ multiplica genimia eius:
in ſtillicidijs eiꝰ letabit germinās. B ñdices
corone anni benignitatis tue: et campi tui re-
plebunt ubertate. P inguescēt ſpecioſa deſer
ti: ꝛ exultatiōe colles accingent. I nduti ſunt
arietes ouiū: et valles abū-
dabūt frumēto: clamabūt
etenī hymnū dicent. Aña. T E decet ymnus
deus in ſyon. Añ. L Abia mea laudabūt te in vi
ta mea deus meus. ps Deꝰ deꝰ. añ. D Ominꝰ.
E Xultauit cor Canticū Anne
meū in dño: ꝛ exaltatū eſt cor
nu meū i deo meo. D ilatatū eſt os (Euouae.
meū ſup inimicos meos: q꞉ letata ſū i ſaluta-
ri tuo. N ō eſt ſctūs ut dñs: neqꝫ enī eſt alius
extra te: ꝛ nō eſt fortis ſicut deus noſter. N o-
lite multiplicare loqui ſublimia: gloriantes.
R ecedāt vetera de ore vr̄o: q꞉ deus ſcientiarꝫ
dñs: ē ipſi pparant cogitacōes A rcus for
tiū ſuperatus eſt: ꝛ infirmi accincti ſunt robo

re. Repleti prius p panib⁹ ſe locauerūt: et fa
melici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit
plurimos: ꝛ que multos habebat filios infir
mata eſt. Dñs mortificat ꝛ viuificat: deducit
ad inferos ꝛ reducit. Dñs pauperē facit ꝛ di
tat: humiliat ꝛ ſubleuat. Suſcitās de pulue
re egenū: ꝛ de ſtercore erigēs pauperē. Ut ſe
deat cum principibus: ꝛ ſolium glorie teneat
Domini enī ſunt cardines terre: ꝛ poſuit ſup
eos orbem. Pedes ſanctoꝝ ſuoꝝ ſeruabit: et
impij in tenebris cōticeſcent: quia nō in forti-
tudine ſua roborabitur vir. Dñm formida-
bunt aduerſarij eius: ꝛ ſuper ipſos in celis to
nabit. Dñs iudicabit fines terre: et dabit
imperiū regi ſuo: et ſublimabit cornu xpi ſui.

Antiphona. Dominus iudicabit fines terre. Aña.

Cap. Nox preceſſit.

Celi celoꝝ laudate deū. pſ. lau. d. hymnus.

Nox et tenebre et nubila confuſa mundi

et turbida lux intrat albeſcit polus criſtus ve
Caligo terre ſcindit: percuſſa ſo
lis ſpiclo: rebuſqꝫ iam colo: redit
nit diſcedite. (vultu nitētis ſyderꝫ. Te xp̄e ſo-
lum nouimus: te mente pura ꝛ ſimplici: flen-
do ꝛ canendo queſumus: intende nr̄is ſenſib⁹
Sunt multa fucis illita: q̄ luce purgenť tua
tu lux eoy ſyderꝫ: vultu ſereno illumina Deo
patri. ꝟ. Repleti ſumus mane miſcd̕ia tua
dn̄e. ℟. Exultauim⁹. vtſ. Ad bn̄dictus An̄.

De manu omniū qui nos oderūt libera nos do
mine. pſ. Bn̄dict. ¶ Feria Quinta Inuita. Dominū qui fe
cit nos: Venite a doremus. pſ. Venite. Hymn⁹.

Nox atra rex cōtegit: ēre colo:es omniū

nos ꝯfitētes poſcimus te iuſte iudex cordiū.
Ut auferas piacl'a ſordeſqȝ mentis abluas
doneſqȝ xp̄e gratiā ut arceant crimina. Mens
ecce torpet impia quā culpa mordet noxia ob
ſcura geſtit tollere: ꝛ te redēptor querere. Re-
pelle tu caliginē intrinſecus q̄ſꝫ marie: ut i btō
gaudeat ſe collocari lumīe Preſta pr̄ pi. an̄.

Tempore Paſcali

Domine. Euouae. Antipho. Alleluia.



Al. Pſ̄. lxviij.
uū me fac deus:
qm̄ intrauerūt (Euouae.
aque uſqȝ ad animā meā.
Infixus ſuz in limo pfun
di: ꝛ nō eſt ſubſtātia. Ue-
ni in altitudinē mar: ꝛ tēpeſtas dimerſit me.
Laboraui clamans rauce facte ſunt fauces
mee: defecerūt oculi mei dū ſpero in deū meū.
Multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei: q
oderūt me gratis. Confortati ſunt q pſecuti
ſunt me inimici mei iniuſte: que nō rapui tūc

exoluebā. Deus tu ſcis inſipientiā meā: et delicta mea a te nō ſunt abſcōdita. Non erubeſcāt in me qui expectāt te dñe: dñe virtutū. Nō ɔfundant ſup me: q̄ querūt te deus iſrl. Qm̄ ꝓpter te ſuſtinui obꝓbriū: operuit cōfuſio faciē meā. Extraneus factus ſū fratrib⁹ meis: ⁊ peregrinus filijs matrꝫ mee. Qm̄ zelus domus tue comedit me: ⁊ obꝓbria exꝓbrantiū tibi ceciderūt ſup me. Et operui in ieiunio animā meā: ⁊ factū eſt in obꝓbriū mihi. Et poſui veſtimentū meū ciliciū: ⁊ factus ſū illis in parabolā. Aduerſū me loquebant̄ q̄ ſedebāt in porta: ⁊ in me pſallebāt q̄ bibebant vinū. Ego vero orationē meā ad te dñe: tempus beneplaciti de⁹. In multitudīe miſcdīe tue exaudi me: in veritate ſalutis tue. Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his q̄ oderūt me: ⁊ de ꝓfundis aquaꝝ. Non me demergat tēpeſtas aque: neqꝫ abſorbeat me ꝓfundū: neqꝫ vrgeat ſup me puteus os ſuum. Exaudi me dñe qm̄ benigna ē miſcdia tua: ſcdm multitudinē miſerationū tuarū reſpice in me. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm̄ tribuloꝛ velociter exaudi me. Intende a-

nime mee ⁊ libera eam: ꝓpter inimicos meos
eripe me. Tu ſcis improperiū meū ⁊ ꝯfuſio-
nem meā: ⁊ reuerentiā meā. In ꝯſpectu tuo
ſunt oēs qui tribulant me: iproperiū expecta
uit cor meū ⁊ miſeriā. Et ſuſtinui q̄ ſimul cō
triſtaret et nō fuit: ⁊ qui ꝯſolaret ⁊ nō inueni.
Et dederūt in eſcā meā fel: et in ſiti mea pota
uerunt me aceto. Fiat menſa eoꝝ corā ipſis
in laqueū: ⁊ in retributiōes ⁊ in ſcādalū. Ob
ſcurent oculi eoꝝ ne videāt: ⁊ dorſum eoꝝ ſem
per incurua. Effunde ſup eos irā tuā: et fu-
ror ire tue cōprehendat eos. Fiat habitatio
eoꝝ deſerta: ⁊ in tabernaculis eoꝝ non ſit q̇ in
habitet. Qm̄ quē tu percuſſiſti pſecuti ſunt:
et ſup dolorē vulneꝝ meoꝝ addiderūt. Appo
ne iniquitatē ſup iniquitatē eoꝝ: ⁊ nō intrent
in iuſticiam tuā. Deleantur de libro viuen-
tium: ⁊ cum iuſtis nō ſcribantur. Ego ſum
pauper ⁊ dolens: ſalus tua deus ſuſcepit me.
Laudabo nomen dei cū cantico: ⁊ magnifi-
cabo eū in laude. Et placebit deo ſup vitulū
nouellum: cornua ꝓducentē ⁊ vngulas. Vi
deant pauperes ⁊ letētur: querite deū ⁊ viuet
aīa veſtra. Qm̄ exaudiuit pauperes dn̄s:



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00133

et vinctos ſuos nõ deſpexit. Laudẽt illũ celi
et terra: mare ꝛ oĩa reptilia in eis. Quõ deus
ſaluã faciet ſyon: ꝛ edificabunt ciuitates iude
Et inhabitabũt ibi: ꝛ hereditate acquirẽt eã
Et ſemẽ ſeruoꝝ eius poſſidebit eam: ꝛ q̃ dili-
gunt nomen eius habitabũt in ea. Ps. lxix.
Deus in adiutoriũ meũ intende: dñe ad
adiuuandũ me feſtina. Confundant
et reuereant: q̃ querũt animã meã. Auertã
tur retrorſũ ꝛ erubeſcãt: q̃ volunt mihi mala
Auertant ſtatim erubeſcentes: q̃ dicũt mihi
euge euge. Exultẽt ꝛ letent in te oẽs qui que
rũt te: et dicãt ſemp magnificet dñs q̃ diligũt
ſalutare tuũ. Ego vero egenus ꝛ paup ſũ:
deus adiuua me Adiu
tor me⁹ et liberator me⁹
es tu: dñe ne moreris añ. Domine deus in ad
iutoriũ meũ intende. Añ. Eſto mihi. Euouae.
In te dñe ſperaui nõ cõfundar Ps. lxx.
in eternũ: i iuſticia tua libera me ꝛ eripe
me. Inclina ad me aurem tuã: et ſalua me.
ꝛ Eſto mihi i deũ ptectorẽ: et in locũ munitũ:

vt ſaluũ me facias. Qm̃ firmamentũ meũ:
et refugiũ meũ es tu. Deus meus eripe me
de manu pctõris: ⁊ de manu ꝯtra legẽ agẽtis
et iniqui. Qm̃ tu es patientia mea dñe: dñe
ſpes mea a iuuẽtute mea. In te cõfirmatus
ſum ex vtero: de ventre matris mee tu es ꝓtec
toꝛ meus. In te cãtatio mea ſemꝑ: tanꝙ pꝛo
digiũ factus ſum multis et tu adiutoꝛ foꝛtis.
Repleat᷑ os meũ laude: vt cãtem gloꝛiã tuã
tota die magnitudinẽ tuã. Ne ꝓiicias me in
tpe ſenectutis: cũ defecerit virtus mea ne dere-
linq̃s me. Quia dixerũt inimici mei mihi: et
q̇ cuſtodiebãt animã meã cõſilium fecerũt in
vnũ. Dicẽtes deus dereliq̃t eũ: ꝑſeq̇mini ⁊
cõpꝛehendite eũ: q2 nõ eſt q̇ eripiat. Deus ne
elongeris a me: deus meus in auxiliũ meũ re-
ſpice. Confundant᷑ ⁊ deficiãt detrahẽtes aīe
mee: operiant᷑ ꝯfuſione ⁊ pudoꝛe qui querunt
mala mihi Ego aũt ſemꝑ ſperabo: ⁊ adiiciã
ſuꝑ omnẽ laudem tuã Os meũ annũciabit
iuſticiam tuã: tota die ſalutare tuũ. Qm̃ nõ
cognoui litteraturã: introibo in potentias do
mini: dñe memoꝛabor iuſticie tue ſolius De
us docuiſti me a iuuentute mea et vſq; nunc:

pronūciabo mirabilia tua. Et uſq₃ in ſenec-
tam ⁊ ſeniū: deus ne derelinquas me Donec
annūciem brachiū tuū: generationi omī que
uentura eſt. Potentiā tuā ⁊ iuſticiā tuā deus
uſq₃ in altiſſima q̄ feciſti magnalia: deus q̄s ſi
milis tibi. Quātas oſtendiſti mihi tribula-
tiones multas ⁊ malas: et conuerſus uiuifi-
caſti me: et de abyſſis terre iterū reduxiſti me.
Multiplicaſti magnificentiā tuā: ⁊ cōuerſus
ꝯſolatus es me Nā ⁊ ego ꝯfitebor tibi in va
ſis pſalmi ueritatē tuā deus: pſallam tibi ī cy
thara ſctūs iſrl. Exultabūt labia mea cū cā
tauero tibi: ⁊ aīa mea quā redemiſti. Sed et
lingua mea tota die meditabit᷑ iuſticiā tuā: cū
cōfuſi et reueriti fuerint q̄ querūt mala mihi.

Deus iudicium tuū regi da: et Ps. lxxi.
iuſticiā tuā filio regis Iudicare popu
lum tuū in iuſticia: et pauperes tuos in iudi-
cio. Suſcipiāt mōtes pacem pop̄lo: ⁊ colles
iuſticiā. Iudicabit pauperes populi: et ſal-
uos faciet filios pauperū: ⁊ humiliabit calū-
niatorē. Et pmanebit cū ſole et ante lunā: in
generatione ⁊ generationē. Deſcendet ſicut
pluuia ī uellus: et ſicut ſtillicidia ſtillātia ſup

terrã. Orietur in dieb⁹ eius iuſticia ⁊ abun-
dãtia pacis: donec auferet luna. Et dñabit
a mari uſq; ad mare: ⁊ a flumie uſq; ad termi
nos orbis terrarꝫ. Corã illo procidēt ethyo-
pes: ⁊ inimici eius terrã lingēt. Reges thar
ſis ⁊ inſule munera offerēt: reges arabū et ſa
ba dona adducēt. Et adorabūt eū oēs reges:
oēs gentes ſeruient ei. Quia liberabit pau-
perē a potente: ⁊ pauperē cui nō erat adiutor.
Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ aīas pauperꝫ ſal
uas faciet. Ex uſuris ⁊ iniq̄tate redimet ani
mas eorꝫ: ⁊ honorabile nomē eorꝫ coram illo.
Et uiuet ⁊ dabit ei de auro arabie: et adora
būt de ipſo ſempꝫ: tota die benedicent ei. Erit
firmamentū in terra in ſummis mōtiū: ſup
extollet ſuꝑ lybanū fructus ei⁹: et florebūt de
ciuitate ſicut fenū terre. Sit nomē eius bene
dictū in ſecl'a: ante ſolem ꝑmanet nomē eius.
Et bñdicent in ipſo oēs trib⁹ terre: oēs gen-
tes magnificabūt eū. Bñdictus dñs de⁹ iſrl:
q̄ facit mirabilia ſolus. Et benedictū nomē
maieſtatis ei⁹ in eternū:
⁊ replebit maieſtate ei⁹
omnis terra: fiat fiat. aña. Aſto mihi domie in

deũ protectorẽ. añ. Liberaſti virgã. Euouae.

Quam bonus iſrł deus: his q̇ Pš. lxxij
recto ſunt corde. Mei aũt pene moti ſũt
pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei. Quia ze
laui ſup iniq̃s: pacẽ pctõꝝ videns Quia nõ
eſt reſpectus morti eoꝝ: ⁊ firmamentũ in pla
ga eoꝝ. In labore hoim nõ ſunt: ⁊ cũ homi-
nibꝰ nõ flagellabunt. Ideo tenuit eos ſuper
bia: operti ſunt iniq̇tate ⁊ ipietate ſua. Pro-
diit quaſi ex adipe iniq̇tas eoꝝ: tranſierũt in
affectũ cordis. Cogitauerũt ⁊ locuti ſunt ne-
quitiã: iniquitatẽ in excelſo locuti ſunt. Po-
ſuerũt in celũ os ſuũ: et lingua eoꝝ tranſiuit ĩ
terra. Ideo cõuertet ꝓplus meus hic: ⁊ dies
pleni inuenient in eis Et dixerũt quõ ſcit de
us: ⁊ ſi eſt ſcientia ĩ excelſo. Ecce ipſi pctõres
⁊ abũdãtes in ſeclo: obtinuerũt diuitias. Et
dixi: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meũ: et la-
ui inter innocẽtes manus meas. Et fui fla-
gellatus tota die: ⁊ caſtigatio mea in matuti
nis. Si dicebã narrabo ſic: ecce nationẽ filio
rũ tuoꝝ reꝓbaui. Exiſtimabã vt cognoſce-

rem: hͦ labor eſt ante me. Donec intrē in ſan
ctuariū dei: ⁊ intelligā in nouiſſimis eoꝝ. Ve
rūtamen ꝓpter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos
dū alleuarent. Quō facti ſunt ī deſolationē:
ſubito defecerūt perierūt ꝓpter iniquitatē ſuā.
Velut ſomniū ſurgentiū: dn̄e in ciuitate tua
imaginē ipſoꝝ ad nihilū rediges. Quia in-
flammatū eſt coꝛ meū: et renes mei cōmuta-
ti ſunt: ⁊ ego ad nihilū redactus ſum ⁊ neſciui
Ut iumentū factus ſuꝫ apud te: et ego ſemꝑ
tecū. Tenuiſti manū dexterā meā: et ī volū
tate tua deduxiſti me: et cū glīa ſuſcepiſti me.
Quid enī mihi eſt in celo: et a te q̇d volui ſuꝑ
terrā. Defecit caro mea ⁊ coꝛ meum: deus coꝛ
dis mei ⁊ pars mea deus in eternū. Quia ec
ce q̇ elongāt ſe a te peribūt: perdidiſti oēs q̇
fornicant abs te. Mihi aūt adherere deo bo-
nū eſt: ponere in dn̄o deo ſpeꝫ meā. Vt annū
ciem oēs predicatiōes tuas: in portis filie ſy-
Ut quid deus repuliſti in Pſ. lxxiij. on.
fine: iratus eſt furoꝛ tuus ſuꝑ oues pa-
ſcue tue. Memoꝛ eſto ꝯgregationis tue: quā
poſſediſti ab inicio. Redemiſti virgā heredi-
tatis tue: mōs ſyon in q̇ habitaſti in eo. Le-

ua manus tuas in ſuꝑbias eoꝝ in finē: quā-
ta malignatus eſt inimicus in ſctō. Et glo-
riati ſunt qui oderūt te: in medio ſolennitatis
tue. Poſuerūt ſigna ſua ſigna: ⁊ non cogno-
uerūt ſicut in exitu ſuꝑ ſummū. Quaſi in ſil-
ua lignorū ſecurib⁹ exciderūt ianuas eius in
idipſum: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerūt eā. Incen
derūt igni ſanctuariū tuū in terra: polluerūt
tabernaculū nois tui. Dixerunt in corde ſuo
cognatio eoꝝ ſimul: quieſcere faciamus oēs
dies feſtos dei a terra. Signa noſtra nō
vidimus: iam nō eſt ꝓpheta: ⁊ nos nō cogno
ſcet amplius. Uſqꝫquo deus iproperabit ini
micus: irritat aduerſarius nomē tuū in finē.
Ut quid auertis manū tuā ⁊ dexterā tuā: de
medio ſinu tuo in finē. Deus aūt rex noſter
ante ſecl'a: operatus eſt ſalutē in medio terre.
Tu ꝯfirmaſti in virtute tua mare: contribu-
laſti capita draconū in aq̇s. Tu ꝯfregiſti ca
pita draconis: dediſti eū in eſcā ꝓplis ethiopū
Tu dirupiſti fontes ⁊ torrētes: tu ſiccaſti flu
uios ethan Tuus eſt dies ⁊ tua eſt nox: tu fa
bricatus es aurorā ⁊ ſolem. Tu feciſti oēs
terminos terre: eſtatem ⁊ ver tu plaſmaſti ea

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00140

Memoꝛ eſto huius inimicus impꝛoperauit
dñm: ⁊ populus inſipiẽs incitauit nomẽ tuũ
Ne tradas beſtijs aĩas ꝯfitẽtes tibi: ⁊ aĩas
pauperꝝ tuoꝝ ne obliuiſcaris ĩ finẽ. Reſpice
ĩ teſtamẽtũ tuũ: qꝛ repleti ſũt q̇ obſcurati ſũt:
terre domibus iniq̃tatũ. Ne auertat̃ hũilis
factus ꝯfuſus: paup̃ ⁊ iops laudabũt nomẽ
tuũ Exurge deus iudica cauſaꝫ tuã: memoꝛ
eſto ĩpꝛoperioꝝ tuoꝝ: eoꝝ q̃ ab inſipiẽte ſunt
tota die Ne obliuiſcarꝭ voces
inimicoꝝ tuoꝛũ: ſup̃bia eoꝝ q̇
te oderũt aſcendit ſemp̃. Aña. Liberaſti vir
gã hereditatꝭ tue. ã. Et inuocabimus. Euouae
Confitebimur tibi deꝰ: cõfite pſ. lxxiiij
bimur ⁊ inuocabimꝰ nomẽ tuũ. Nar-
rabimus mirabilia tua: cuꝫ accepero tẽpus
ego iuſticias iudicabo. Liquefacta eſt terra
et oĩs qui habitãt in ea: ego cõfirmaui colũ-
nas eius. Dixi iniquis nolite inique agere:
et delinquẽtibus nolite exaltare coꝛnu. Noli
te extollere in altũ coꝛnu veſtrũ: nolite loq̇ ad-
uerſus deũ iniquitatẽ. Quia neqꝫ ab oꝛiẽte

neqȝ ab occidēte: neqȝ a deſertis montib⁹: qm̄
deus iudex eſt. Hūc hūiliat et hūc exaltat: qꝛ
calix in manu dn̄i vini meri plen⁹ mixto. Et
inclinauit ex hoc in hoc: verūtamē fex ei⁹ non
eſt exinanita: bibent oēs pctōꝛes terre. Ego
aūt ānunciabo in ſcl'm: cātabo deo iacob. Et
oīa coꝛnua pctōꝝ ꝯfringam: ⁊ exaltabuntur
Notus in iudea Ps. lxxv. coꝛnua iuſti.
deus in iſrael magnū nomē eius. Et
factus eſt in pace locus ei⁹: et habitatio eius
in ſyon. Ibi ꝯfregit potentias: arcū ſcutum
gladiū ⁊ bellū. Illuminās tu mirabiliter a
mōtibus eternis: turbati ſunt oēs inſipiē-
tes coꝛde. Doꝛmierūt ſomnū ſuū: et nihil in-
uenerūt oēs viri diuitiaꝝ in manib⁹ ſuis. Ab
increpatiōe tua deus iacob: doꝛmierūt q̄ aſcē
derunt equos. Tu terribilis es et q̄s reſiſtet
tibi: ex tūc ira tua. De celo auditū feciſti iudi-
cium: terra tremuit ⁊ quieuit. Cum exurge-
ret in iudicium de⁹: ut ſaluos faceret omnes
manſuetos terre. Qm̄ cogitatio hoīs con
fitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem fe-
ſtum agent tibi. Uouete ⁊ reddite dn̄o deo ve
ſtro: oēs q̄ in circuitu eius affertis munera.

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00142

Terribili et ei q̇ aufert
ſpiritū principū: terribi
li apud reges terre. Añ. A Et inuocabimus

nomen tuū domie. Añ. Tu es deus. E u o u a e.
Voce mea ad dūm clamaui: Ps. lxxvj.
voce mea ad deum ⁊ intendit mihi. In
die tribulatiōis mee deū exquiſiui: manibuſ
meis nocte ꝯtra eū: ⁊ nō ſuꝫ deceptus. Renu
it ꝯſolari aīa mea: memor fui dei ⁊ delectatus
ſum et exercitatus ſum: et defecit ſpūs meus.
Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatuſ
ſum ⁊ nō ſum locutꝰ Cogitaui dies antiq̊s:
et annos eternos in mente habui. Et medi-
tatus ſum nocte cū corde meo: ⁊ exercitabar ⁊
ſcopebā ſpiritū meū. Nunq̇d in eternū proiiciet
deus: aut nō apponet vt cōplacitior ſit adhuc.
Aut in finē miſcdiaꝫ ſuā abſcidet: a generati
one in generationē. Aut obliuiſcet miſereri
deus: aut cōtinebit in ira ſua miſcdias ſuas.
Et dixi nūc cepi: hec mutatio dextere excelſi.
Memor fui operꝫ dūi: qꝛ memor ero ab inicio
mirabilium tuoꝝ Et meditabor in omībus

operib⁹ tuis: ⁊ in adinuentionib⁹ tuis exerce
bor. Deus in sctō via tua: q̇s deus magnus
ſicut deus noſter: tu es deus q̇ facis mirabilia
Notā feciſti in pplis virtutē tuā: redemiſti in
brachio tuo populū tuū filios iacob ⁊ ioseph.
Viderūt te aque de⁹: viderūt te aque ⁊ timue
rūt: ⁊ turbate ſunt abyſſi. Multitudo ſonitus
aquaꝝ: vocē dederunt nubes. Etenī ſagitte
tue tranſeūt: vox tonitrui tui in rota. Allux e
rūt choruscatiōes tue orbi terre: cōmota eſt ⁊
cōtremuit terra. In mari vie tue: et ſemite
tue in aquis multis: ⁊ veſtigia tua nō cogno-
ſcent. Deduxiſti ſicut oues pplm tuū: in ma-
Attendite Ps. lxxvij. nu moyſi ⁊ aarō.
popule meus legē meā: inclinate aurē
veſtrā in verba oris mei. Aperiā in parabo
lis os meū: loq̄r ppoſitiones ab inicio. Quā
ta audiuimus ⁊ cognouimus ea: et p̄res nr̄i
narrauerūt nobis. Non ſunt occultata a fi-
lijs eoꝝ: in generatiōe altera. Narrātes lau
des dn̄i ⁊ virtutes ei⁹: ⁊ mirabilia eius q̄ fecit.
Et ſuſcitauit teſtimoniū in iacob: et legē po-
ſuit in iſrl. Quāta mādauit patrib⁹ noſtris
nota facere ea filijs ſuis: ut cognoſcat genera

tio altera. Filij q̄ naſcent̄ ⁊ exurgēt: ⁊ narra-
būt filijs ſuis. Ut ponāt in deo ſpem ſuā: et
nō obliuiſcant̄ operꝫ dei: ⁊ mandata eius exq̄
rāt. Ne fiāt ſicut patres eoꝝ: generatio pra-
ua et exaſperās. Generatio q̄ nō direxit coꝛ
ſuū: ⁊ nō eſt creditus cū deo ſpūs eius. Filij
effrem intendētes ⁊ mittētes arcū: cōuerſi ſūt
in die belli. Nō cuſtodierūt teſtamentū dei: ⁊
in lege ei⁹ noluerūt ambulare. Et obliti ſūt
benefactoꝝ eius: et mirabiliū eius q̄ oſtendit
eis. Corā patrib⁹ eoꝝ fecit mirabilia in ter-
ra egypti: in cāpo taneos. Interrupit mare
et ꝑduxit eos: ⁊ ſtatuit aq̄s quaſi in utre. Et
deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte i illumi-
natiōe ignis. Interrupit petrā in heremo: ⁊
adaquauit eos veluti abyſſo multa. Et edu
xit aquā de petra: ⁊ deduxit tanq̄ flumia aq̄s
Et appoſuerūt adhuc peccare ei: in irā conci
tauerūt excelſuꝫ in inaquoſo. Et tentauerūt
deū in coꝛdib⁹ ſuis: ut peterēt eſcas aīabus
ſuis. Et male locuti ſunt de deo: dixerūt nun
quid poterit deus parare menſam in deſerto.
Qm̄ ꝑcuſſit petrā ⁊ fluxerūt aque: ⁊ toꝛrētes
inundauerunt. Nunq̄d ⁊ panē poterit dare:



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00145

aut parare menſam pp̄lo ſuo. Ideo audiuit
dñs ⁊ diſtulit: et ignis accenſus eſt in iacob: ⁊
ira dei aſcendit in iſrael. Quia nõ crediderũt
in deo: nec ſperauerũt in ſalutari ei⁹. Et mã
dauit nubib⁹ deſup: ⁊ ianuas celi aperuit Et
pluit illis mãna ad mãducandũ: et panẽ celi
dedit eis Panẽ angeloꝝ mãducauit homo:
cibaria miſit eis in abundantiã. Trãſtulit
auſtrũ de celo: ⁊ induxit in virtute ſua affricũ.
Et pluit ſup eos ſicut puluerẽ carnes: ⁊ ſicut
arenã marꝭ volatilia pennata. Et ceciderũt
in medio caſtroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eoꝝ.
Et manducauerũt ⁊ ſaturati ſunt nimis: et
deſideriũ eoꝝ attulit eis: non ſunt fraudati a
deſiderio ſuo. Adhuc eſce eoꝝ erãt in ore ipſo-
rũ: et ira dei aſcendit ſup eos. Et occidit pin-
gues eoꝝ: ⁊ electos iſrael ĩpediuit. In oĩbus
his peccauerũt adhuc: et nõ crediderũt in mi-
rabilib⁹ eius. Et defecerũt in vanitate dies
eoꝝ: et anni eoꝝ cũ feſtinatiõe. Cũ occideret
eos querebãt eũ ⁊ reuertebant: et diluculo ve
niebãt ad eũ. Et rememorati ſunt qꝛ de⁹ ad
iutor eſt eoꝝ: ⁊ deus excelſus redẽptor eoꝝ eſt
Et dilexerũt eũ in ore ſuo: ⁊ lingua ſua menti

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00146

ti ſunt ei. Cor autē eorū non erat rectū coraꝫ
eo: nec fideles habiti ſūt in teſtamēto ei⁹. Ipſe
autē eſt miſericors ꝛ ꝓpitius fiet peccatis eo
rum: ꝛ nō diſꝑdet eos. Et abundauit ut auer
teret irā ſuā: ꝛ nō accēdit oēm irā ſuā. Et re-
cordatus eſt q꞉ caro ſunt: ſpūs uadēs ꝛ nō re-
diens. Quotiēs exacerbauerūt eū in deſer-
to: in ira cōcitauerūt eū in inaquoſo. Et con
uerſi ſunt ꝛ tentauerūt deū: ꝛ ſanctū iſrael exa
cerbauerūt. Nō ſunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu tribulātis. Si
cut poſuit in egipto ſigna ſua: ꝛ ꝓdigia ſua in
campo taneos. Et cōuertit in ſanguinē flu-
mina eoꝝ: ꝛ imbres eoꝝ ne biberent. Miſit in
eos cynomiā ꝛ comedit eos: ꝛ ranā ꝛ diſperdi
dit eos. Et dedit erugini fruct⁹ eoꝝ: ꝛ labores
eorū locuſte. Et occidit in grandine uineas
eoꝝ: ꝛ moros eoꝝ in pruina. Et tradidit grā
dini iumēta eoꝝ: ꝛ poſſeſſionē eoꝝ igni. Miſit
in eos irā idignatōis ſue: indignationē ꝛ irā
et tribulationē: immiſſiōes ꝑ angelos malos.
Viā fecit ſemite ire ſue: ꝛ non pepcit a morte
aīaꝝ eoꝝ: ꝛ iumēta eoꝝ in morte ꝯcluſit. Et
ꝑcuſſit omnem primogenitū in terra egipti:

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00147

primitias oīs laboris eoꝛuꝫ in tabernaculis
cham Et abſtulit ſicͭ oues ꝓplm̄ ſuū: ⁊ ꝑduxit
eos tanq̄ gregē in deſerto. Et deduxit eos
in ſpe ⁊ nō timuerūt: ⁊ inimicos eoꝝ operuit ma-
re Et induxit eos in mōtē ſctificatiōnis ſue:
montē quē acq̇ſiuit dextera eiꝰ. Et eiecit a fa
cie eoꝝ gētes: ⁊ ſoꝛte diuiſit eis terrā in funicu
lo diſtributionis. Et habitare fecit in taber-
naculis eoꝝ: tribus iſrael. Et tentauerūt et
exacerbauerūt deū in excelſum: ⁊ teſtimonia
eius nō cuſtodierūt. Et auerterūt ſe ⁊ nō ſer
uauerūt pactum: quēadmodū patres eoꝛuꝫ
cōuerſi ſunt in arcū prauū. In ira cōcitaue-
runt eū in collibꝰ ſuis: et in ſculptilibꝰ ſuis ad
emulationē eum prouocauerūt. Audiuit de
us et ſpreuit: ⁊ ad nihilum redegit valde iſrael
Et repulit tabernaculū ſylo: tabernaculum
ſuum vbi habitauit in hominibus. Et tra-
didit in captiuitatē virtutē eoꝛū: et pulchritu
dinē eoꝛū in manꝰ inimici. Et cōcluſit in gla
dio ꝓplm̄ ſuū: ⁊ hereditatē ſuā ſpreuit. Iuue
nes eoꝛū comedit ignis: et virgines eoꝛū non
ſunt lamentate. Sacerdotes eoꝛū in gladio
ceciderunt: ⁊ vidue eoꝛum non ploꝛabantur.

Et excitatus eſt tanq̄ dormiens dn̄s: tanq̄
potēs crapulatus a vino. Et pcuſſit inimi-
cos ſuos i poſteriora: obprobriū ſempiternū
dedit illis. Et repulit tabernaculum ioſeph:
et tribū effrem nō elegit. Sed elegit tribū iu-
da: mōtē ſyon quē dilexit. Et edificauit ſicut
vnicorniū ſanctificiū ſuū: in terra quā funda
uit i ſecla. Et elegit dauid ſeruū ſuū: et ſuſtu
lit eū de gregibus ouiū: de poſt fetātes accepit
eū. Paſcere iacob ſeruū ſuū: et iſrl' heredita-
tem ſuā Et pauit eos in innocē-
tia cordis ſui: ⁊ in intellectibꝰ ma
nuum ſuaꝝ deduxit eos. Aña. Tu es deꝰ

q̄ facis mirabilia. añ. Propitius eſto. Euouae.

Deus venerūt gentes in he- Ps. lxxviij.
reditatē tuā: et polluerūt templū ſanc-
tū tuū: poſuerūt hieruſalez in pomoꝝ cuſtodi
am. Poſuerūt morticina ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas
volatilibus celi: carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs
terre. Effuderunt ſanguinem ipſoꝝ tanq̄ a-
quā in circuitu hieruſalem: et nō erat q̄ ſepeli
ret. Facti ſumus obprobriū vicinis noſtris

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00149

ſubſannatio ⁊ illuſio hijs q̄ in circuitu noſtro
ſunt. Uſqꝫquo dn̄e iraſceris in finē: accende
tur velut ignis zelus tuus. Effunde irā tuā
in gētes q̄ te nō nouerūt: ⁊ in regna q̄ nomen
tuū nō inuocauerūt. Quia comederūt iacob:
et locū eius deſolauerūt. Ne memineris ini-
quitatū noſtrarꝫ ātiquarꝫ: cito anticipēt nos
miſcdie tue: qꝛ pauperes facti ſumus nimis.
Adiuua nos deus ſalutarꝭ nr̄: et ꝓpter glori
am noīs tui dn̄e libera nos: ⁊ ꝓpitius eſto pec
catis nr̄is ꝓpter nomē tuū. Ne forte dicāt in
gentibꝰ ubi eſt deus eorꝫ: ⁊ innoteſcat in natio
nibꝰ corā oclis nr̄is. Ultio ſanguinis ſeruorꝫ
tuorꝫ q̄ effuſus eſt: introeat in ꝯſpectu tuo ge-
mitus cōpeditorꝫ. Scd̄m magnitudinē bra
chij tui: poſſide filios mortificatorꝫ. Et redde
vicinis nr̄is ſeptuplū in ſinu eorꝫ: improperi
um ipſorꝫ qd̄ exꝓbrauerūt tibi dn̄e. Nos aūt
ꝓplus tuus ⁊ oues paſcue tue: cōfitebimur ti-
bi in ſeculum. In generatiōe ⁊ generationē:
annūciabimus laudē tuā. Pſ. lxxix.
Qui regis iſrl' intende: qui deducis velut
ouē ioſeph. Qui ſedes ſup cherubin: manife
ſtare coram effraym et beniamin ⁊ manaſſe.

Excita potentiā tuā ⁊ veni: vt ſaluos facias
nos. Deus cōuerte nos: ⁊ oſtende faciē tuā
et ſalui erimus. Dñe deus virtutū: quouſqꝫ
iraſceris ſup orationē ſerui tui. Cibabis nos
pane lachrymaꝝ: ⁊ potū dabis nobꝭ in lachry
mis in menſura. Poſuiſti nos in ꝯtradictio
nē vicinis nr̄is: ⁊ inimici noſtri ſubſannaue-
rūt nos. Deus virtutū cōuerte nos: ⁊ oſten
de faciem tuā ⁊ ſalui erimus. Vineā de egip
to tranſtuliſti: eieciſti gētes ⁊ plantaſti eam.
Dux itineris fuiſti in ꝯſpectu eius: ⁊ planta
ſti radices eius ⁊ ipleuit terrā. Operuit mō
tes vmbra eius: ⁊ arbuſta eiꝰ cedros dei. Ex
tendit palmites ſuos vſqꝫ ad mare: ⁊ vſqꝫ ad
flumē ꝓpagines eius. Vt qd̕ deſtruxiſti ma
ceriā eius: ⁊ vindemiant eā oēs qui p̄tergredi
unt viam. Exterminauit eā aper de ſilua: ⁊
ſingularis ferꝰ depaſtus eſt eā Deus virtutū
cōuertere: reſpice de celo ⁊ vide: et viſita vineā
iſtam. Et pfice eā quā plātauit dextera tua:
et ſup filiū quē ꝯfirmaſti tibi Incenſa igni ⁊
ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribūt.
Fiat manus tua ſup virū dextere tue: et ſup
filiū hoīs quē confirmaſti tibi Et nō diſcedi

mus a te: viuificabꝭ nos ꝛ nomen tuū inuoca
bim⁹. Dñe deus virtutū cōuerte nos: ꝛ oñde
faciez tuā
et ſalui eri
mus. Añ P ropitius eſto peccatis nr̄is domie.
℣. Gaudebūt labia mea dū cātauero tibi ℞.
Et aīa mea quā redemiſti. In aduētu ℣. Ex
ſyon ſpeci- A ℣. Sur
es de. vtš. rexit do.
Paſca. añ A lleluia alleluia alleluia.
¶ Ad
laudes
Aña. T ibi ſoli peccaui domine miſerere mei.

pš. Miſere. añ. D omine refugiū. Euouae.
D omie refugiū factus es Orō Moyſi:
nob: a gñatione in gñationē. P riuſꝙ
mōtes fierēt aut formaref terra et orbis: a ſe-
culo ꝛ vſqꝫ in ſeculū tu es de⁹ N e auertas ho
minē in humilitatē: ꝛ dixiſti cōuertimini filij
hoim. Q m̄ mille anni añ oclos tuos: tanꝙ
dies heſterna q̄ ꝑterijt E t cuſtodia in nocte
q̄ ꝓ nihilo habenē: eoꝝ anni erūt M ane ſicut

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00152

herba tranſeat: mane floreat ⁊ tranſeat: veſ-
pere decidat induret ⁊ areſcat Quia defecim⁹
in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati ſumus Po
ſuiſti iniq̄tates nr̄as in ꝯſpectu tuo: ſeculum
nr̄m in illuminatiōe vultus tui. Q̄m oēs di
es nr̄i defecerūt: ⁊ in ira tua defecimus Anni
nr̄i ſicut aranea meditabunt: dies annoꝝ no
ſtroꝝ in ipſis ſeptuagita anni. Si aūt in po
tentatib⁹ octoginta anni: et amplius eoꝝ la-
bor ⁊ dolor. Q̄m ſupuenit manſuetudo: ⁊ cor
ripiemur. Quis nouit poteſtatē ire tue: et p̄
timore tuo irā tuā dinumerare. Dexterā tu
am ſic notā fac: ⁊ eruditos corde in ſapientia.
Cōuertere dn̄e uſq̄quo: ⁊ dep̄cabilis eſto ſup
ſeruos tuos. Repleti ſumus mane miſcdia
tua: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delectati ſumus: in oībus
dieb⁹ nr̄is. Letati ſumus p dieb⁹ quib⁹ nos
hūiliaſti: annis q̄bus vidimus mala Reſpi
ce in ſeruos tuos ⁊ in opa tua: et dirige filios
eoꝝ. Et ſit ſplēdor dn̄i dei nr̄i ſup nos: et op⁹
manuū nr̄aꝝ dirige ſup nos: ⁊ opus manuū
nr̄aꝝ
dirige
Aña. Domine refugium factus es nobis. añ.

In matutinis domĩe meditaboꝛ in te. pš. De⁹

Cãticũ Moyſi

de⁹. añ. Cantemus domio. Euouae. Exo. xv

Cantemus dño: glorioſe eñ honorifica
tus eſt: equũ ⁊ aſcenſorẽ deiecit in mare
Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus eſt
mihi in ſalutẽ. Iſte deus meus ⁊ glorificabo
eũ: deũ patrꝫ mei et exaltabo eũ. Dñs quaſi
vir pugnatoꝛ oĩpotẽs nomẽ ei⁹: currus pha-
raonis ⁊ exercitũ eius ꝓiecit in mare. Electi
pꝛĩcipes ei⁹ ſubmerſi ſunt ĩ mari rubꝛo: abyſ-
ſi operuerũt eos: deſcenderũt in ꝓfundũ quaſi
lapis. Dextera tua dñe magnificata eſt in
foꝛtitudine: dextera tua dñe ꝑcuſſit inimicũ: ⁊
in multitudĩe glĩe tue depoſuiſti aduerſarios
meos Miſiſti irã tuã que deuoꝛauit eos ſicut
ſtipulam: in ſpiritu furoꝛꝫ tui cõgregate ſunt
aque. Stetit unda fluens: congregate ſunt
abyſſi in medio mari. Dixit inimicus perſe
quar ⁊ cõpꝛehendã diuidam ſpolia: implebi-
tur anima mea. Euaginabo gladiũ meũ:

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00154

interficiet eos manꝰ mea. Flauit ſpũs tuus
⁊ operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plũ-
bũ in aq̃s vehementibꝰ Quis ſilis tui in for
tibus dñe: q̇s ſilis tui magnificus i ſctitate:
terribilis atqꝫ laudabilis ⁊ faciẽs mirabilia.
Extendiſti manũ tuã ⁊ deuorauit eos terra:
dux fuiſti in miſcdia tua p̃plo tuo quẽ redemi-
ſti. Et portaſti eũ in fortitudine tua: ad habi
taculũ ſanctũ tuũ. Aſcenderũt popli et irati
ſunt: dolores obtinuerũt habitatores philiſti
im. Tunc ꝯturbati ſunt principes edom: ro
buſtos moab obtinuit tremor: obriguerunt
oẽs habitatores chanaan. Irruat ſup̱ eos
formido ⁊ pauor: in magnitudine brachij tui.
Fiãt imobiles quaſi lapis: donec p̱tranſeat
p̃plus tuus dñe: donec p̱tranſeat p̃plus tuus
iſte quẽ poſſediſti. Introduces eos ⁊ planta
bis in mõte hereditatis tue: firmiſſimo habi
taculo tuo qḋ operatus es dñe Sanctuariũ
tuũ dñe qḋ firmauerũt manus tue: dñs reg-
nabit in eternum et vltra. Ingreſſus eſt em̃
eques pharao cũ curribus ⁊ equitibꝰ eius in
mare: ⁊ reduxit ſup̱ eos dñs aq̃s marꝫ. Filij
aũt iſrl̃ ambulauerũt p̱ ſiccũ: i medio eiꝰ. Añ.

C Antemus domīo glorioſe. an̄. I A ſanctis
Capit. Nox p̄ceſſit: dies.
e ius laudate deū. Ps. Laud. do. Hymnus.

L Ux ecce ſurgit aurea: pallēs fatiſcat ceci
tas q̄ noſmet inp̄ceps diu errore traxit devio
Hec lux ſerenū ꝯferat: puroſq̄ nos preſtet ſi
bi: nihil loq̄mur ſubdolū: voluamus obſcuꝝ
nihil. Sic tota decurrat dies: nec lingua mē
dax nec manus: oculi nec peccent lubrici: nec
nox a corpus inquinet. Speculator aſtat de
ſup: q̄ nos diebꝰ oībus: actuſq̄ noſtros ꝓſpi-
cit: a luce prima i veſperū. Deo
pri. ℣. Repleti ſumus. ℟. Exul
tauimus. ꝛc. Ad bn̄dictus. An̄. I A ſancti
tate ſeruiamus domino et liberabit nos ab inimicis

¶ Feria Sexta

noſtris. Pſ. Bñdic. Inuita. A Doremus do minū. Quoniā ipſe fecit nos. pſ. Venite. Hymn⁹.

TU trinitas unitas orbē potēter q̇ regis attende laudū cātica q̄ excubātes pſallimus. Nā lectulo ꝯſurgimus: noctis quieto tpe ut flagitemus vulneꝝ: a te medelam oīm Quo fraude quicq̇d demonū: in noctib⁹ delinquim⁹ abſtergat illud celitus: tue poteſtas glorie. Nec corpus aſſit ſordidū: nec torpor iſtet cordiū: nec criminis cōtagio: tepeſcat ardor ſpiritus. Ob hoc redēptor queſumus: reple tuo nos lumine: per qđ dieꝝ circulis: nullis ruamus actibus. Preſta pater pijſſime. Añ.

Tēpore paſcali. EXultate deo. Aña. ALleluia.



Pſalmꝰ. lxxx.

Exultate deo ad-
iutori nr̃o: iubi (Euouae.
late deo iacob. Sumite
pſalmũ et date tympanũ:
pſalteriũ iocundũ cũ citha
ra. Buccinate in neomenia tuba: in inſigni
die ſolennitatis vr̃e Quia preceptũ in iſrael
eſt: ⁊ iudiciũ deo iacob Teſtimoniũ in ioſeph
poſuit illud cũ exiret de terra egipti: linguam
quã nõ nouerat audiuit. Diuertit ab oneri
bus dorſuz eius: manus eius in cophino ſer-
uierũt. In tribulatiõe inuocaſti me ⁊ libera
ui te: ⁊ exaudiui te in abſcõdito tẽpeſtatis: ꝓ
baui te apud aquã ꝯtradictionis. Audi po
pulus meus ⁊ ꝯteſtabor te: iſrl' ſi audier ʒ me
nõ erit in te deus recẽs: neqꝫ adorabis deũ ali
enũ Ego enĩ ſum dñs deus tuus q̃ eduxi te
de terra egypti: dilata os tuũ ⁊ ego implebo il
lud Et nõ audiuit p̄plus meus vocẽ meã: et
iſrael nõ intendit mihi. Et dimiſi eos ſcd̃m
deſideria cordis eoꝝ: ibũt in adinuentionibuſ
ſuis. Si p̄plus meus audiſſet me: iſrael ſi in
viis meis ambulaſſet. Pro nihilo forſitã ini

micos eoꝝ humiliaſſem: ⁊ ſuper tribulantes
eos miſiſſem manū meā. I nimici dn̄i men-
titi ſunt ei: ⁊ erit tēpus eoꝝ in ſecula. E t ciba
uit illos ex adipe frumēti: ⁊ de petra melle ſa-
turauit eos.

D Eus ſtetit in ſy- Pſ̄. lxxxi.
nagoga deoꝝ: in medio autē deos diiu-
dicat. U ſqꝫ quo iudicatis iniquitatē: ⁊ facies
peccatoꝝ ſumitis I udicate egeno ⁊ pupillo:
humilem ⁊ pauperē iuſtificate E ripite pau
perē: ⁊ egenū de manu pctōꝛis liberate. N e-
ſcierunt neqꝫ intellexerunt in tenebꝛis ambu
lant: mouebunt oīa fundamēta terre. E go
dixi dii eſtis: et filii excelſi om̄es. V os aūt ſi-
cut hoīes moꝛiemini: ⁊ ſicut unus de pꝛincipi
bus cadetis. S urge deus iudica terrā: qm̄
tu hereditabis i oībus gentib⁹. an̄. E Xultate deo adiutoꝛi noſtro.

Antiph. T U ſolus altiſſimus. Euouae. Pſ̄. lxxxii.

D Eus q̇s ſimilis erit tibi: ne taceas neqꝫ
cōpeſcaris deus. Q m̄ ecce inimici tui ſo
nuerunt: ⁊ q̇ oderūt te extulerūt caput. S up

p̄pl̄m tuū malignauerūt ꝯſiliū: et cogitauer̄t
aduerſus ſctōs tuos Dixerūt venite diſper
damus eos de gēte: et nō memoret̄ nomē iſrł
vltra Qm̄ cogitauer̄t vnanimiter: ſimul ad
uerſuꝫ te teſtamentū diſpoſuerūt tabernacła
idumeoꝝ ⁊ iſmahelite Moab agareni gebal
et amon ⁊ amalech: alienigene cū habitātibꝰ
tyrū. Etenī aſſur venit cū illis: facti ſunt in
adiutoriū filijs loth. Fac illis ſicut madian
et ſiſare: ſicut iabin in torrente cyſon. Diſpe-
rierūt in endor: facti ſunt vt ſtercus terre Po
ne principes eoꝝ ſicut oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee et ſal-
mana. Omēs principes eoꝝ: q̇ dixerūt here
ditate poſſideamus ſanctuariū dei. Deꝰ me
us pone illos vt rotā: ⁊ ſicut ſtipulā ante faciē
venti. Sicut ignis q̇ cōburit ſiluā: ⁊ ſicut flā
ma cōburēs mōtes. Ita ꝑſequer̄ illos in tē
peſtate tua: ⁊ i ira tua turbabis eos. Imple
facies eoꝝ ignominia: et querent nomen tuū
dn̄e. Erubeſcāt et ꝯturbent̄ in ſeculū ſeculi: ⁊
ꝯfundant̄ et pereant Et cognoſcāt quia no
mē tibi dn̄s: tu ſolus altiſſimus in omī terra.

Quā dilecta tabernacła tua ps. lxxxiij.
dn̄e virtutū: cōcupiſcit ⁊ deficit aīa mea

in atria dñi. Cor meū ⁊ caro mea: exultaue-
rūt in deū viuū. Etem̄ paſſer inuenit ſibi do
mū: ⁊ turtur nidum vbi reponat pullos ſuos
Altaria tua dñe virtutū: rex meus ⁊ de⁹ me
us. Beati q̄ habitāt in domo tua dñe: in ſecla
ſeculoꝝ laudabūt te. Beatus vir cuius ē au-
xiliū abs te: aſcenſiōes in corde ſuo diſpoſuit
in valle lachrymaꝝ: i loco quē poſuit. Etem̄
benedictionē dabit legiſlator: ibūt de virtute
in virtutē: videbit deus deoꝝ in ſyon. Dñe de
us virtutū exaudi orationē meā: aurib⁹ per-
cipe deus iacob. Protector nr̄ aſpice deus: et
reſpice in faciē xp̄i tui. Quia melior eſt dies
vna in atriis tuis: ſup milia. Elegi abiectus
eſſe in domo dei mei: magis q̄ habitare in ta-
bernaculis peccatoꝝ. Quia miſc̄diam et ve
ritatē diligit deus: gratiam ⁊ gloriā dabit do
minus. Non priuabit bonis eos qui ambu
lant in innocentia: dñe
virtutū beatus homo
qui ſperat in te. Aña. Tu ſolus altiſſimus
ſuper omnem terrā. añ. Benedixiſti. Euouae.

BEnedixiſti dñe terrã tuã: Pſ. lxxxiiij.
auertiſti captiuitatẽ iacob. Remiſiſti
iniquitatẽ plebis tue: operuiſti oĩa pctã eoꝝ.
Mitigaſti omnẽ irã tuã: auertiſti ab ira indi
gnatiõis tue. Cõuerte nos deus ſalutaris
nr̃: et auerte irã tuã a nobis. Nunqd ineter-
nũ iraſceris nobis: aut extendes irã tuã a gña
tione in gñationẽ. Deus tu cõuerſus viuifi
cabis nos: ⁊ plebs tua letabit in te. Oſtende
nobis dñe miſcd'iaz tuã: ⁊ ſalutare tuũ da no-
bis. Audiã qd loquat in me dñs de⁹: qm̃ lo
quet pacẽ in plebẽ ſuã. Et ſup ſctõs ſuos: ⁊ i
eos q̇ ꝯuertunt ad cor. Verũ ꝓpe timen-
tes eũ ſalutare ipſius: vt inhabitet glia in ter
ra nr̃a. Miſcd'ia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi:
iuſticia ⁊ pax oſculate ſũt. Veritas de terra
orta eſt: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpexit. Etenĩ dñs
dabit benignitatẽ: ⁊ terra nr̃a dabit fructum
ſuũ. Iuſticia ante eũ ambulabit: et ponet in
INclina Pſ. lxxxv. (via greſſus ſuos.
dñe aurẽ tuã et exaudi me: qm̃ inops et
paup ſum ego. Cuſtodi animã meã qm̃ ſan
ctus ſum: ſaluũ fac ſeruũ tuũ deus meus ſpe-
rantẽ in te. Miſerere mei dñe qm̃ ad te clama

ui tota die: letifica animam ſerui tui qm̃ ad te
dñe aiam meã leuaui. Qm̃ tu dñe ſuauis ⁊
mitis: ⁊ multe miſcdie oibus inuocantibꝰ te.
Auribus pcipe orationẽ meã: ⁊ intende voci
depcatiõis mee. In die tribulatiõis mee cla
maui ad te: qꝛ exaudiſti me. Non eſt ſimilis
tui in dijs dñe: ⁊ nõ eſt ſcdm opa tua. Omẽs
gentes quaſcunqꝫ feciſti venient: ⁊ adorabũt
corã te dñe: ⁊ glificabũt nomẽ tuũ. Qm̃ mag
nus es tu ⁊ faciẽs mirabilia: tu es deus ſoluſ
Deduc me dñe in via tua: et ingrediar in ve
ritate tua: leteť cor meũ vt timeat nomẽ tuũ.
Cõfitebor tibi dñe deꝰ meus i toto corde meo:
⁊ glorificabo nomẽ tuũ in eternũ. Quia miſe
ricordia tua magna eſt ſup me: et eruiſti aiaꝫ
meã ex inferno inferiori. Deus iniqui inſur
rexerũt ſup me: et ſynagoga potentiũ queſie
rũt animã meã: et nõ ꝓpoſuerũt te in ꝯſpectu
ſuo. Et tu dñe deꝰ miſerator ⁊ miſericors: pa
tiens ⁊ multe miſcdie ⁊ verax. Reſpice in me
et miſerere mei: da imperiũ tuũ puero tuo: et
ſaluũ fac filiũ ancille tue. Fac mecũ ſignũ in
bono: vt videant qui oderũt me ⁊ ꝯfundanť:
qm̃ tu dñe adiuuiſti me ⁊ ꝯſolatus es me. añ.

Benedixiſti domīe terrā tuā. aň. Funda

Fundamēta Pš. lxxxvj

eius in mōtibus ſāctis:

diligit dn̄s portas ſyon ſup (menta. Euouae.
oīa tabernacula iacob. Glorioſa dicta ſunt
de te: ciuitas dei. Memor ero raab et babilo-
nis: ſcientiū me. Ecce alienigene et tyrus et
ppłs ethyopū: hij fuerūt illic. Nunqd ſyon
dicet homo: et homo natus eſt in ea: et ipſe fū-
dauit eā altiſſimus. Dn̄s narrabit in ſcrip-
turis populoꝝ: et principū hoꝝ q̇ fuerūt in ea
Sicut letantiū oīm: habitacio eſt in te. Pš.
Domīe deus ſalutis mee: in die lxxxvij.
clamaui et nocte corā te. Intret in ɔſpe
ctu tuo orō mea: inclina aurē tuā ad precem
meā. Quia repleta eſt malis aīa mea: et vi-
ta mea inferno appropinquabit. Eſtimatus
ſum cū deſcendentib⁹ in lacū: factus ſum ſicut
homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Si
cut vulnerati dormientes in ſepulcris: quoꝝ
non es memor amplius: et ipſi de manu tua
repulſi ſunt. Poſuerunt me in lacu inferiori:

in tenebroſis ⁊ in umbra mortis Sup me cō
firmatus ē furor tuus: ⁊ oēs fluctus tuos in-
duxiſti ſup me. Longe feciſti notos meos a
me: poſuerūt me abominationē ſibi Tradit⁹
ſū ⁊ nō egrediebar: ocli mei lāguerūt p̄ inopia
Clamaui ad te dn̄e: tota die expādi ad te ma
nus meas. Nunq̇d mortuis facies mirabi
lia: aut medici ſuſcitabūt ⁊ ꝯfitebūt tibi. Nū
q̇d narrabit aliq̇s in ſepulcro miſcđiam tuā:
⁊ veritatē tuā in pditiōe. Nunq̇d cognoſcent
in tenebris mirabilia tua: ⁊ iuſticia tua in ter
ra obliuionis. Et ego ad te dn̄e clamaui: et
mane orō mea preueniet te. Ut q̇d dn̄e repel
lis orōnē meā: auertis faciē tuā a me. Pau
per ſum ego et in laborib⁹ a iuuētute mea: ex
altatus aūt hūiliatus ſum ⁊ ꝯturbatus In
me tranſierūt ire tue: ⁊ terrores tui ꝯturbaue
rūt me. Circūdederūt me ſicut aqua tota die:
circūdederūt me ſimul. Elon
gaſti a me amicū ⁊ proximū: et
notos meos a miſeria. Aña. Fundamen-
ta eius in montibus ſanctis. Añ. Benedictus.

Feria ſexta.

Miſericordias Pſal. lxxxviij.
dñi: ineternũ cãtabo In gña
tõe ꝛ gñationẽ: annũciabo veritatẽ (Euouae
tuã in ore meo Qm̃ dixiſti ineternũ miſcðia
edificabit in celis: ꝑparabit veritas tua ĩ eis
ꝛ Diſpoſui teſtamẽtũ electis meis: iuraui da
uid ſeruo meo: vſqꝫ ineternũ ꝑparabo ſemen
tuũ. Et edificabo in gñatione ꝛ gñationẽ: ſe
dẽ tuã. Confitebunt celi mirabilia tua dñe:
etenĩ veritatẽ tuã in eccl'ia ſctõꝝ. Qm̃ q̇s in
nubib' equabit dño: ſilis erit deo in filiis dei.
Deus q̃ glorificat in ꝯſilio ſctõꝝ: magnus ꝛ
terribilis ſup oẽs q̇ in circuitu ei' ſunt. Dñe
deus virtutũ q̇s ſilis tibi: potẽs es dñe ꝛ veri-
tas tua in circuitu tuo. Tu dñaris poteſtati
maris: motũ aũt fluctuũ ei' tu mitigas Tu
hũiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbũ: in brachio
ꝟtutis tue diſpſiſti inimicos tuos. Tui ſunt
ꝛ celi ꝛ tua eſt terra: orbẽ terre ꝛ plenitudinẽ ei'
tu fũdaſti: aquilonẽ et mare tu creaſti. Tha
bor et hermon in noĩe tuo exultabũt: tuũ bra
chiũ cũ potentia. Firmet manus tua ꝛ exal
tet dextera tua: iuſticia ꝛ iudiciũ ꝑparatio ſe-
dis tue. Miſcðia ꝛ veritas precedẽt faciẽ tuã:

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00166

beatus ꝑplus qui ſcit iubilationē. D ñe in lu
mine vultus tui ambulabunt: et in noīe tuo
exultabunt tota die: et in iuſticia tua exulta-
buntur. Q m̄ gl'ia virtutis eoꝝ tu es: ⁊ in be
neplacito tuo exaltabit͛ cornu nr̄m. Q uia
dn̄i eſt aſſumptio nr̄a: et ſcti iſrael regis nr̄i.
T ūc locutus es in viſiōe ſctis tuis: et dixiſti
poſui adiutoriū in potēte: et exaltaui electū de
plebe mea. I nueni dauid ſeruum meū: oleo
ſctō meo vnxi eū. M anus eñi mea auxiliabi
tur ei: ⁊ brachiū meū cōfirmabit eū. N ihil ꝓ
ficiet inimicus in eo: ⁊ fili' iniq̄tatis nō appo-
net nocere ei. E t cōcidā a facie ipſius inimi
cos ei': ⁊ odiētes eū in fugā cōuertā. E t veri
tas mea ⁊ miſcdia mea cū ipſo: et in noīe meo
exaltabit͛ cornu ei'. E t ponā in mari manū
eius: ⁊ in fluminib' dexterā ei'. I pſe inuoca
bit me pater me' es tu: de' me' ⁊ ſuſceptor ſa-
lutis mee. E t ego primogenitū ponā illū: ex
celſum p̄ regib' terre. I n eternū ſeruabo illi
miſcdiā meā: ⁊ teſtamētū meū fidele ipſi. E t
ponā in ſcl'm ſeculi ſemen ei': ⁊ thronū eius ſi-
cut dies celi. S i aūt dereliq̄rint filij eius legē
meam: et in iudicijs meis nō ambulauerint.



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00167

Si iuſticias meas ꝓphanauerint: ⁊ manda
ta mea non cuſtodierint. Viſitabo in virga
iniquitates eoꝝ: ⁊ in verberibꝰ peccata eoꝝ.
Miſcḋiam aũt meã non diſpergã ab eo: neqꝫ
nocebo in veritate mea. Neqꝫ ꝓphanabo te
ſtamentũ meũ: ⁊ q̄ ꝓcedũt de labijs meis nõ
faciã irrita. Semel iuraui in ſctõ meo: ſi da
uid mentiar: ſemẽ eiꝰ in eternũ manebit. Et
thronus eiꝰ ſicut ſol in conſpectu meo: et ſicut
luna perfecta in eternũ: ⁊ teſtis in celo fidelis.
Tu vero repuliſti et deſpexiſti: diſtuliſti chri
ſtum tuum. Auertiſti teſtamentũ ſerui tui:
ꝓphanaſti in terra ſanctuariũ eius. Deſtru
xiſti oẽs ſepes eiꝰ: poſuiſti firmamentũ eius
formidinẽ. Diripuerũt eũ oẽs tranſeuntes
viã: factus eſt obprobriũ vicinis ſuis. Exal
taſti dextrã deprimentiũ eũ: letificaſti om̄es
inimicos eiꝰ. Auertiſti adiutoriũ gladij eiꝰ:
et non es auxiliatus ei in bello. Deſtruxiſti
eũ ab emũdatione: et ſedem eiꝰ in terra colliſi
ſti. Minoraſti dies tẽpis eiꝰ: ꝯfudiſti eũ con
fuſione. Uſqꝫquo dñe auertis in finẽ: exarde
ſcet ſicut ira tua. Memorare q̄ mea ſubſtãtia:
nunqd enĩ vane conſtituiſti omnes filios ho

nimū. Quis eſt homo q̇ viuet ⁊ non videbit
mortē: eruet aīam ſuā de manu inferi. Ubi
ſunt miſcđie tue antique dn̄e: ſicut iuraſti da-
uid in veritate tua. Memor eſto dn̄e obꝓbrii
ſeruoꝝ tuoꝝ: qđ cōtinui in ſinu meo multaꝝ
gētiū. Qđ exꝓbrauerīt inimici tui dn̄e: qđ ex
ꝓbrauerīt cōmutationē xp̄i tui. Bn̄dict' dn̄s
DEus vltio Ps. xciij. in eternū: fiat fiat.
nū dn̄s: de' vltionū libere egit. Exalta
re q̇ iudicas terrā: redde retributionē ſuꝑbis.
Uſqꝫquo pctōres dn̄e: uſqꝫquo pctōres glo-
riabunt. Effabunt ⁊ loquent iniquitatem:
loquent omnes qui opant iniuſticiam. Po-
pulū tuū dn̄e humiliauerūt: ⁊ hereditatē tuā
vexauerūt. Uiduā ⁊ aduenā interfecerunt:
et pupillos occiderūt. Et dixerūt nō videbit
dn̄s: nec intelliget deus iacob. Intelligite in
ſipientes in ꝑplo: et ſtulti aliqn̄ ſapite. Qui
plantauit aurē nō audiet: aut q̇ finxit oculū
non cōſiderat. Qui corripit gentes non ar-
guet: q̇ docet hominē ſciam. Dn̄s ſcit cogita
tiones hoīm: qm̄ vane ſunt. Beatus hō quē
tu erudieris dn̄e: ⁊ de lege tua docueris eum.
Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiat



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00169

peccatori fouea. Quia non repellit dñs ple-
bem ſuã: et hereditatẽ ſuam nõ derelinquet.
Quoadusqꝫ iuſticia cõuertatꝰ in iudiciũ: et q̃
iuxta illã oẽs q̃ recto ſunt corde. Quis cõſur
get mihi aduerſus malignantes: aut q̃s ſta
bit mecũ aduerſus opantes iniq̃tatem. Niſi
qꝛ dñs adiuuit me: paulominꝰ habitaſſet in
inferno aĩa mea. Si dicebã motus eſt pes
meꝰ: miſcdia tua dñe adiuuabit me. Scdm
multitudinẽ doloꝝ meorũ in corde meo: cõſo-
latiões tue letificauerũt aĩam meã. Nunq̃d
adheret tibi ſedes iniquitatis: q̃ fingis labo
rem in p̄cepto. Captabũt in animã iuſti: et
ſanguinẽ innocentẽ cõdẽnabũt. Et factus ẽ
dñs mihi in refugiũ: ⁊ deꝰ meus in adiutoriũ
ſpei mee. Et reddet illis iniq̃ta-
tẽ ipſoꝝ: et ĩ malicia eoꝝ diſpdet
eos: diſpdet illos dñs deꝰ nr̃. añ. Benedictꝰ
dominꝰ in eternũ. añ. Cantate domio. Euouae

Cantate dño canticũ nouũ: can- Ps. xcv
tate dño omnis terra. Cantate dño et
benedicite noĩ eius: annũciate de die in diem

ſalutare ei⁹ A nnūciate iter gētes gloriā ei⁹:
in oibus ꝑplis mirabilia eius. Q m magn⁹
dñs ⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt ſup oēs
deos. Q m oēs dij gentiū demonia: dñs autē
celos fecit. C ōfeſſio ⁊ pulchritudo in ꝯſpectu
eius: ſāctimonia ⁊ magnificētia in ſanctifica
tione eius. A fferte dño patrie gentiū: affer-
te dño gloriā et honorē: afferte dño gloriā no
mini eius T ollite hoſtias ⁊ introite in atria
eius: adorate dñm in atrio ſctō eius. C ōmo-
ueat᷑ a facie eius uniuerſa terra: dicite in gen
tibus qꝛ dñs regnauit. E tenī correxit orbeꝫ
terre q̇ nō cōmouebit᷑: iudicabit ꝑplos in equi
tate L etent᷑ celi ⁊ exultet terra: ⁊ cōmoueat᷑
mare ⁊ plenitudo eius: gaudebūt campi ⁊ om
nia q̄ in eis ſunt. T unc exultabūt oia ligna
ſiluaꝝ a facie dñi quia uenit: qm̄ uenit iudica
re terrā. I udicabit orbem terre in equitate:
D Omi Ps. xcvi. et ꝑplos in ueritate ſua
nus regnauit exultet terra: letent᷑ inſu-
le multe. N ubes ⁊ caligo in circuitu eius: iu
ſticia ⁊ iudiciū correctio ſedis eius I gnis an
te ipſum p̄cedet: ⁊ inflāmabit in circuitu inimi
cos eius. A lluxerūt fulgura eius orbi terre:

vidit ⁊ cõmota eſt terra. Mõtes ſicut cera flu
xerũt a facie dñi: a facie dñi oĩs terra. Annũ
ciauerũt celi iuſticiã eius: ⁊ viderũt oẽs popli
gloriã eius. Cõfundant oẽs q̇ adorãt ſculp
tilia: ⁊ q̇ gloriant in ſimulachris ſuis. Ado
rate eũ oẽs angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt ſy
on. Et exultauerũt filie iude: ꝓpter iudicia tua
dñe. Qm̃ tu dñs altiſſimus ſup omnẽ terrã:
nimis exaltatus es ſup oẽs deos. Qui dili
gitis dñm odite malum: cuſtodit dñs aĩas
ſanctoꝝ ſuoꝝ de manu pctõris liberabit eos
Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde letitia. Le
tamini iuſti in dño: ⁊ ꝯfitemini memorie ſcti
ficatio
nis ei⁹

Aña. Cantate domino ⁊ benedicite nomini ei⁹
℣. Intret orõ mea in ꝯſpectu tu dñe. ℟. In
clina aurẽ tuã ad pcẽ meã. Tpe aduẽtus ℣.
Emitte agnũ dñe dñatorẽ ter
re. ℟. De petra deſerti ad mõ
tem filie ſyon. Tpe paſca. añ. Alleluia alle
℣. Surrexit
dñs ve. vtš.
luia alleluia. ℭ Ad lau. añ. Spiritu principali

cōfirma cor meū deus. ps. Miſe. añ. I n ve

D Omine exau Ps. cxlij
di orationē meā: au-
ribus pcipe obſecrationē ( ritate tua. Euouae.
meā: in veritate tua exaudi me i tua iuſticia.
Et nō intres in iudiciū cum ſeruo tuo: quia
nō iuſtificabit in ɔſpectu tuo omnis viuens.
Quia pſecutus eſt inimicus animā meam:
humiliauit in terra vitam meā. Collocauit
me i obſcuris ſicut mortuos ſeculi: ⁊ anxiatus ē
ſup me ſpūs meus: in me turbatū eſt cor meū
Memor fui dierū antiquorū: ⁊ meditatus ſum i
omībus opibus tuis: in factis manuū tuarū
meditabar. Expandi man⁹ meas ad te: aīa
mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter ex-
audi me dñe: defecit ſpūs meus Nō auertas
faciem tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcēdētibus in
lacū. Auditā fac mihi mane miſcdiam tuā:
quia in te ſperaui. Notā fac mihi viā in qua
ambulē: q2 ad te leuaui aīaz meā. Eripe me
de inimicis meis dñe ad te ɔfugi: doce me face
re voluntatē tuā q2 deus meus es tu. Spūs

tuus bonus deducet me in terrã rectã: ꝓpter
nomen tuũ dñe viuificabis me in eq̃tate tua.
Educes de tribulatiõe animã meã: ⁊ in mi-
ſericordia tua diſpdes inimicos meos. Et p-
des oẽs q̃ tribulãt ani
mã meã: qm̃ ego ſer-
uus tuus ſum. Añа. In veritate tua exau
di me domine. añ. Illumina domine vultũ tuũ
ſup nos. ps. Deus deus. añ. Domine audiui.
Domine au Cãticũ abachuc
diui auditionẽ tuã: et timui.
Dñe opus tuũ: in medio annorũ (E u o u a e.
viuifica illud. In medio annoꝝ notũ facies:
cũ iratus fueris miſcďie recordaberiſ. Deus
ab auſtro veniet: ⁊ ſanctus de mõte pharan.
Operuit celos glia ei⁹: ⁊ laudis ei⁹ plena eſt
terra. Splendor ei⁹ vt lux erit: cornua in ma
nib⁹ eius. Ibi abſcõdita eſt fortitudo ei⁹: añ
faciẽ eius ibit mors. Egredieť diabolus an
te pedes ei⁹: ſtetit et menſus ẽ terrã. Aſpexit

⁊ diſſoluit gentes: ⁊ cōtriti ſunt montes ſecli.
Incuruati ſunt colles mūdi: ab itineribus
eternitatis eius. Pro iniqtate vidi tentoria
ethyopie: turbabuntur pelles terre madian.
Nunquid in fluminibus iratus es dn̄e: aut
in fluminibus furor tuus: vel in mari indig
natio tua. Qui aſcendes ſup equos tuos: et
quadrige tue ſaluatio. Suſcitās ſuſcitabis
arcū tuū: iuramēta tribubus que locutus es
Fluuios ſcindes terre: viderūt te aque ⁊ dolu
erunt mōtes: gurges aquaꝝ trāſijt. Dedit
abyſſus vocē ſuam: altitudo manus ſuas le
uauit. Sol ⁊ luna ſteterūt in habitaculo ſuo:
in luce ſagittaꝝ tuaꝝ ibunt in ſplendore fulgu
rātis haſte tue. In fremitu cōculcabis terrā:
⁊ i furore obſtupefacies gētes. Egreſſus es
i ſalutē ꝑpli tui: in ſalutē cū xp̄o tuo. Percuſ
ſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamē
tū vſqꝫ ad collū. Maledixiſti ſceptris eius: ca
piti bellatoꝝ ei⁹: venientibus ut turbo ad diſp
gendū me. Exultatio eoꝝ: ſicut eius q̄ deuorat
pauꝑem in abſcondito. Viam feciſti in mari
equis tuis: in luto aquarum multarū. Au
diui et conturbatus eſt venter meus: a voce

cōtremuer̄t labia mea. Ingrediat̄ putredo ĩ
oſſibꝰ meis: ꝛ ſubter me ſcateat. Ut reqͤſcā
in die tribulatiōis: ꝛ aſcēdā ad ꝑp̄lm accinctū
nr̄m. Ficus em̄ nō florebit: et nō erit germē
ĩ vineis. Mentiet̄ opus oliue: ꝛ arua nō affe-
rēt cibū. Abſcidet̄ de ouili pecus: ꝛ nō erit ar
mentū in p̄ſepibꝰ. Ego aūt in dn̄o gaudebo:
et exultabo in deo ieſu meo. Deus dn̄s forti-
tudo mea: ꝛ ponet pedes meos q̄ſi ceruoꝝ. Et
ſup excelſa mea dedu
cet me victor: in pſal
mis canentem. Añ. Domine audiui auditū
tuū et timui. Añ. In tympano et choro ĩ cordis
Cap. Nox p̄-
ceſſit dies aūt
ꝛ organo laudate deū. ps. Laud. Hymnus.

Eterna celi gloria beata ſpes mortaliū:
celſitonantis unice caſteqꝫ proles virginis.

Da dexterā ſurgētibus: exurgat ⁊ mens ſo
bria flagrāſq́ʒ in laudē dei: grates repēdat de
bitas. Ortus refulget lucifer: ſparſamq́ʒ lu
cem nūciat: cadit caligo noctiū: lux ſācta nos
illuminet. Manenſq́ʒ nr̄is ſenſibus: noctē re
pellat ſcli: omniq́ʒ fine diei: purgata ſeruet pec
tora. Queſita iam primū fides: radicet altis
ſenſibus: ſecūda ſpes cōgaudeat: q̄ maior ex
tat charitas. Deo patri. ℣. Repleti ſumꝰ ma
ne miſericordia tua dn̄e. ℟.
Exultaui. ⁊ delecta. ſu
mus. Ad bn̄dictꝰ. an̄. Per viſce ra miſericor
die dei noſtri viſita uit nos oriens ex alto. pſ.

Sabbato Inuitatoriū.

Bn̄dictꝰ Dominū deum noſtrū.
Venite ado remus. pſ. Venite exulte. ymnꝰ.

Summe deus clemētie mūdiq́ʒ factor ma-

chine unus potẽtialiter trinuſq͙ ꝑſonaliter.
Noſtros pius cũ canticis: fletus benignus
ſuſcipe: quo corde puro ſordibꝰ: te ꝑfruamur
largius. Lumbos iecurq͙ morbidũ: adure
igni cõgruo accincti ut ſint perpetim luxu re-
moto peſſimo. Ut quiq͙ horas noxiũ: nunc
cõcinnendo rũpimus: donis beate patrie: dite
mur oẽs affatim. Preſta pr̃ piiſſime. Aña.

Tpe paſ.

Quia mirabilia. Euouae. Añ. Alleluia.



Pſalmꝰ. xcvij.

Cantate domi-
no cãticum no- (Euouae.
uum: quia mirabilia fecit
Saluabit ſibi dextera e-
ius: ⁊ brachiũ ſanctũ eius.
Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ: in ꝯſpectu gen-
tium reuelabit iuſticiã ſuã. Recordatus eſt
miſcđie ſue ⁊ ueritatis ſue: domui iſrael Uide
rũt oẽs termini terre: ſalutare dei nr̃i. Iubi-
late deo oĩs terra: cãtate ⁊ exultate ⁊ pſallite.

Pſallite dño i cythara: ⁊ i cythara ⁊ voce pſal
mi: i tubis ductilibus ⁊ voce tube cornee. Iu
bilate in cõſpectu regis dñi: moueat̃ mare et
plenitudo eius: orbis terraꝝ ⁊ qui habitãt in
eo. Flumina plaudẽt manu ſimul mõtes ex
ultabũt a cõſpcũ dñi: qm̃ venit iudicare terrã. Iu
dicabit orbẽ terraꝝ i iuſticia: ⁊ pplos i eq̃tate.

Dñs regnauit iraſcant̃ ppli: q Ps. xcviij.
ſedes ſup cherubi moueat̃ terra. Dñs
in ſyon magnus: ⁊ excelſus ſup omes pplos.
Confiteant̃ nomini tuo magno: qm̃ terribi
le ⁊ ſanctũ eſt: ⁊ honor regis iudiciũ diligit. Tu
paraſti directiones: iudiciũ ⁊ iuſticiã in iacob
tu feciſti. Exaltate dñm deũ noſtꝝ: ⁊ adorate
ſcabellũ pedum eius qm̃ ſanctũ eſt. Moyſes ⁊
aaron in ſacerdotib' eius: ⁊ ſamuel inter eos
qui inuocãt nomẽ eius. Inuocabant dñm ⁊
ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loque
batur ad eos. Cuſtodiebãt teſtimoia eius:
⁊ preceptũ quod dedit illis. Dñe deus noſter
tu exaudiebas eos: deus tu propitius fuiſti
eis: ⁊ vlciſcẽs in omes adinuencões eoꝝ. Ex
altate dñm deũ noſtꝝ: ⁊ adorate in monte ſan
cto eius: qm̃ ſanctus dñs deus noſter. Anth.

Quia mirabilia fecit domin⁹ añ. Iubila

Iubilate deo Pſal. xcix.
ois terra: ſeruite dño in le
ticia. Introite i ꝯſpectu eius: (te deo. Euouae.
in exultacōne. Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deus:
ipſe fecit nos ꝛ non ipſi nos. Populus eius
ꝛ oues paſcue eius ꝛ introite portas eius i cō
feſſione: atria eius in hymnis cōfitemini illi.
Laudate nomē eius qm̄ ſuauis eſt dñs ꝛ in
eternū miſcdia eius: ꝛ vſqꝫ i generationē ꝛ ge
neratione veritas eius.

Miſeri Pſ. c.
cordiam ꝛ iudiciū: cantabo tibi domie
Pſallam ꝛ intelligā in via imaculata: qū ve
nies ad me. Perambulabā in inocentia cor
dis mei: in medio domus mee. Nō ꝓponebā
ante oculos meos rem iniuſtā: facientes pre
uaricationē odiui. Non adheſit mihi cor pra
uum: declinātē a me malignū nō cognoſcebā
Detrahētē ſecreto proximo ſuo: hūc ꝑſeque
bar. Superbo oculo ꝛ inſatiabili corde: cū hoc
nō edebam. Oculi mei ad fideles terre vt ſede
ant mecū: ambulans in via immaculata hic

mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio
domus mee q̄ facit ſupbiā: qui loquit̄ iniqua
nō direxit in ꝯſpectu oculoꝝ meoꝝ. In matu
tino iterficiebā oēs pctōres terre: ut diſpderē
de ciuitate dn̄i om̄es opantes iniquitatē. Añ

Iubilate deo oīs terra añ Clamor meus
Domine exaudi orationē Ps. ci
meā: ⁊ clamor meus ad te veni
at. Nō auertas faciem tuā a me: in (Euouae
quacūq; die tribulor inclina ad me aurē tuā.
In quacūq; die inuocauero te: velociter ex-
audi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies
mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. Percuſ
ſus ſum vt fenū ⁊ aruit cor meū: quia oblitus
ſum comedere panē meū. A voce gemitus
mei: adheſit os meū carni mee. Similis fa-
ctus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſi-
cut nocticorax in domicilio. Vigilaui: ⁊ fact⁹
ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die
exprobrabant mihi inimici mei: et qui lauda
bant me aduerſum me iurabant. Quia ci-
nerē tanq̄ panē manducabā: et poculū meū

cũ fletu miſcebam. A facie ire indignatiõis
tue: quia eleuãs alliſiſti me. Dies mei ſicut
umbra declinauerũt: ⁊ ego ſicut fenũ arui Tu
aũt dñe in eternũ ꝑmanes: ⁊ memoriale tuuꝫ
in gñatione ⁊ generationẽ. Tu exurgẽs mi
ſereberis ſyon: q̇a tempus miſerendi eius qꝛ
venit tẽpus. Qm̃ placuerũt ſeruis tuis lapi-
des eius: ⁊ terre eius miſerebũt. Et timebũt
gẽtes nomẽ tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloriã
tuã Quia edificabit dñs ſyon: ⁊ videbitur in
glĩa ſua. Reſpexit in orationẽ humiliũ: ⁊ nõ
ſpreuit precem eoꝝ. Scribant̃ hec in gñacõe
altera: ⁊ ꝑpl̃s q̇ creabit̃ laudabit dñm Quia
proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dñs de celo i ter
ram aſpexit. Ut audiret gemitus cõpedito
rũ: ut ſolueret filios interemptoꝝ. Ut annũ
cient in ſyon nomẽ dñi: ⁊ laudem eius in hieru
ſalem. In ꝯueniẽdo ꝑpl̃os in unũ: ⁊ reges ut
ſeruiãt dño. Reſpõdit ei in via virtutis ſue:
paucitatem dieꝝ meoꝝ nuncia mihi. Ne re
uoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ: in gñatiõe ⁊
gñationem anni tui. Inicio tu dñe terrã fun
daſti: ⁊ opa manuũ tuaꝝ ſunt celi. Ipſi peri
bũt tu aũt ꝑmanes: ⁊ oẽs ſicut veſtimentũ ve

teraſcēt. Et ſic̄ opertoriū mutabis eos ꝛ mu
tabunt: tu aūt idem ipſe es ꝛ anni tui nō defici
ent. Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabūt: ꝛ ſemē eoꝝ
BEnedic aīa mea Pſ. cij. in ſclm dirigeť
dn̄o: ꝛ oīa que intra me ſūt nomini ſctō
eius. Bn̄dic aīa mea dn̄o: ꝛ noli obliuiſci oēs
retribucōes ei⁹. Qui ꝓpiciat oibus iniq̇tati
b⁹ tuis: q̇ ſanat oēs īfirmitates tuas. Qui
redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te in
miſcdia ꝛ miſeracōibus. Qui replet ī bonis
deſideriū tuū: renouabit vt aquile iuuēt⁹ tua.
Faciēs miſcdias dn̄s ꝛ iudiciū: oibus iniuri
am patiētibus. Notas fecit vias ſuas moy
ſi: filijs iſrael volūtates ſuas Miſerator ꝛ mi
ſericors dn̄s: lōganimis ꝛ multū miſericors
Non in ꝑpetuū iraſceť: neqꝫ in eternū cōmi-
nabitur. Non ſcdm peccata nr̄a fecit nobis:
neqꝫ ſcdꝫ iniq̇tates nr̄as retribuit nob. Qm̄
ſcdm altitudinē celi a terra: corroborauit mi-
ſericordiā ſuā ſup timētes ſe. Quantū diſtat
ortus ab occidēte: longe fecit a nob iniq̇tates
nr̄as. Quō miſereť pater filioꝝ: miſertus
eſt dn̄s timētibus ſe: qm̄ ipſe ꝯgnouit figmen
tum nr̄m. Recordatus eſt qm̄ puluis ſum⁹:

homo ſicut fenū: dies eius tanq̃ flos agri ſic
efflorebit. Qm̄ ſpūs ꝑtranſibit in illo et non
ſubſiſtet: ⁊ nō cognoſcet amplius locū ſuum.
Miſcd̄ia aūt dn̄i ab eterno ⁊ uſq; i eternū: ſuꝑ
timētes eū. Et iuſticia illius in filios filioꝝ:
his qui ſeruāt teſtamētū eius. Et memores
ſūt mandatoꝝ ipſius: ad faciendū ea. Dn̄s
in celo parauit ſedem ſuā: ⁊ regnū ipſi⁹ oībus
dn̄abitur. Bn̄dicite dn̄o oēs angeli eius: po
tentes virtute: faciētes verbū illius ad audiē
dam vocē ſermonū eius Bn̄dicite dn̄o om̄es
v̓tutes eius: miniſtri eius q̇ facitis volūtatē
eius. Bn̄dicite dn̄o oīa opera eius: in om̄i lo
co dn̄ationis eius bn̄dic anima mea dn̄o. An̄

Clamor meus ad te veniat deus. Benedic.

Benedic anima mea dn̄o: Pſ. ciij
dn̄e deus meus magnificatus
es vehemēter. Confeſſionē ⁊ decorē ( Euouae.
induiſti: amictus lumine ſic̄ veſtimento. Ex
tendēs celū ſic̄ pellē: q̇ tegis aquis ſuꝑiora ei⁹
Qui ponis nubem aſcēſum tuū: q̇ ambulas
ſuꝑ pēnas ventoꝝ Qui facis angelos tuos

ſpũs: ⁊ miniſtros tuos ignẽ vrentem. Qui
fundaſti terrã ſup ſtabilitatẽ ſuã: non inclina
bitur in ſeculũ ſeculi. Abyſſus ſic veſtimẽtũ
amictus eius: ſup mõtes ſtabunt aque. Ab
increpatiõe tua fugiẽt: a voce tonitrui tui for
midabũt. Aſcendũt mõtes ⁊ deſcendũt cam
pi: in locũ quẽ fundaſti eis. Terminũ poſui-
ſti quẽ non tranſgredient: neqꝫ ꝯuertent ope
rire terrã. Qui emittis fontes in ꝯuallibus:
inter mediũ montiũ ꝑtranſibũt aque. Pota
bũt oẽs beſtie agri: expectabũt onagri in ſiti
ſua. Sup ea volucres celi habitabunt: de me
dio petrarꝫ dabũt vocem. Rigans mõtes de
ſupioribus ſuis: de fructu operũ tuorꝫ ſatiabi
tur terra. Producens fenũ iumẽtis: ⁊ herbã
ſeruituti hominũ. Ut educas panẽ de terra:
⁊ vinũ letificet cor hoĩs. Ut exhilaret faciem
in oleo: ⁊ panis cor hominis ꝯfirmet. Satura
bũtur ligna campi: ⁊ cedri libani quas plan
tauit: illic paſſeres nidificabunt. Herodij do
mus dux eſt eorꝫ: mõtes excelſi ceruis: petra
refugiũ herinacijs. Fecit lunã in tẽpora: ſol
cognouit occaſum ſuũ. Poſuiſti tenebras et
facta ẽ nox: in ipſa ꝑtranſibũt oẽs beſtie ſilue

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00185

Catuli leonū rugiētes vt rapiāt: ⁊ querāt a
deo eſcam ſibi. Ortus eſt ſol ⁊ ꝯgregati ſunt:
⁊ in cubilibus ſuis collocabūtur. Exibit hō
ad opus ſuū: ⁊ oꝑacōem ſuā vſqꝫ ad veſperā.
Quā magnificata ſunt oꝑa tua dñe: oīa ī
ſapiētia feciſti: impleta ē terra poſſeſſiōe tua.
Hoc mare magnū et ſpacioſum manibus:
illic reptilia quoꝝ nō eſt numerus. Aīalia
puſilla cū magnis: illic naues ꝑtranſibunt.
Draco iſte quē formaſti ad illudendū ei: oīa
a te expectant vt des illis eſcā in tpe. Dante
te illis colligēt: aperiēte te manum tuā oīa
implebūtur bonitate. Auertente aūt te faciē
turbabūtur: auferes ſpiritū eoꝝ ⁊ deficient: ⁊
in puluerē ſuum reuertent̄. Emitte ſpiritū
tuū ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faciē terre. Sit
gloria dñi in ſeculū: letabit̄ dñs in opib⁹ ſuis.
Qui reſpicit terrā ⁊ facit eā tremere: q̇ tāgit
mōtes ⁊ fumigāt. Cantabo dño ī vita mea:
pſallam deo meo q̄diu ſum. Iocundum ſit ei
eloquiū meū: ego vero delectabor in dño. De
ficiāt peccatores a terra: ⁊ iniqui ita vt nō ſint: bñdic aīa mea dño

Confitemini dño ⁊ inuocate no Ps. ciiij
men eius: annūciate inter gētes opera

eius. Cantate ei ⁊ pſallite ei: narrate oīa mi
rabilia eius. Laudamini in nomine ſancto
eius: letet᷑ cor querentiū dn̄m. Querite dn̄m
⁊ ꝯfirmamini: querite faciem eius ſemꝑ. Me
mētote mirabiliū eius que fecit: prodigia eiꝰ
⁊ iudicia oris eius. Semē abraam ſerui eiꝰ:
filij iacob electi eius Ipſe dn̄s deus noſter: in
vniuerſa terra iudicia eius. Memor fuit in ſe
culū teſtamēti ſui: verbi quod mādauit i mille
gn̄ationes. Quod diſpoſuit ad abraam: et
iuramēti ſui ad yſaac. Et ſtatuit illud iacob
in preceptū: ⁊ iſrael teſtamētū eternū Dicēs
tibi dabo terrā chanaan: funiculū hereditat̄
veſtre. Cum eſſēt numero breui: paucıſſimi
⁊ incole eius Et ꝑtranſierūt de gente in gentē:
⁊ de regno ad ꝑplm alterū Nō reliquit homi
nem nocere eis: ⁊ corripuit pro eis reges No
lite tangere xp̄os meos: ⁊ in prophetis meis
nolite malignari Et vocauit famem ſup ter
ram: ⁊ omē firmamentū panis ꝯtriuit Miſit
ante eos virū: in ſeruū venūdatus eſt ioſeph
Humiliauerūt in cōpedibus pedes eius: fer
rum ꝑtrāſijt aīam eius: donec veniret ꝟbum
eius. Eloquiū dn̄i iflāmauit eum: miſit rex



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00187

et ſoluit eū: princeps populoꝝ ⁊ dimiſit eum.
Cōſtituit eū dn̄m domus ſue: ⁊ principē oīs
poſſeſſionis ſue. Ut erudiret principes eius
ſicut ſemetipm̄: ⁊ ſenes eius prudentiā doceret.
Et intrauit iſrael in egyptū: et iacob accola
fuit in terra cham. Et auxit ꝑplm ſuū vehe
mēter: ⁊ firmauit eū ſuꝑ inimicos eius. Cō
uertit cor eoꝝ ut odirent ꝑplm eius: ⁊ dolum fa
cerent in ſeruos eius. Miſit moyſen ſeruū ſu
um: aaron quē elegit ipm̄. Poſuit in eis ꝟba
ſignoꝝ ſuoꝝ: ⁊ prodigiorū in terra cham. Mi
ſit tenebras ⁊ obſcurauit: ⁊ non exacerbauit
ſermones ſuos. Conuertit aquas eoꝝ i ſan
guinē: ⁊ occidit piſces eoꝝ. Et dedit terra eoꝝ
ranas: in penetralibus regū ipſoꝝ. Dixit ⁊
venit cynomia ⁊ cinifes: in oībus finib⁹ eoꝝ.
Poſuit pluuias eoꝝ grandinē: ignem ꝯbu
rentem in terra ipſoꝝ. Et ꝑcuſſit vineas eoꝝ
⁊ ficulneas eoꝝ: ⁊ cōtriuit lignum finiū eorū.
Dixit ⁊ venit locuſta ⁊ bruc⁹: cuius nō erat
numerus. Et comedit omne fenū in terra eo
rum: ⁊ comedit omnē fructū terre eorū. Et ꝑ
cuſſit omne primogenitū in terra eoꝝ: primi
tias omnis laboris eorū. Et eduxit eos cū

cū argēto ⁊ auro: ⁊ nō erat ī tribub⁹ eo℞ īfirm⁹
Letata eſt egyptus in profectiōe eo℞: quia
incubuit timor eo℞ ſup eos Expandit nubē.
in protectionē eo℞: ⁊ ignem vt luceret eis per
noctē. Petierūt ⁊ venit coturnix: ⁊ pane celi ſa
turauit eos. Dirupit petram ⁊ fluxerūt aque:
abierūt in ſicco flumina Qm̄ memor fuit vbi
ſancti ſui: quod habuit ad abraam puer̄ ſuū
Et eduxit pp̄l'm ſuū in exultacōe: ⁊ electos ſu
os in leticia. Et dedit illis regiones gentiū: ⁊
labores pp̄lo℞ poſſederūt. Ut cuſtodiant iuſti
ficationes eius: ⁊ legem eius requirant. Añ

Benedic anima mea domino. añ Uiſita nos
Confitemini do Ps. cv
mino qm̄ bonus: qm̄ i
ſeculū miſcdia eius Quis (domine. Euouae
loquet̄ potentias dn̄i: auditas faciet oēs lau
des eius. Beati q̄ cuſtodiūt iudiciū: ⁊ faciunt
iuſticiā in omni tp̄e. Memento noſtri dn̄e in
beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari
tuo. Ad videndū i bonitate electo℞ tuo℞: ad
letandū in leticia gentis tue: vt lauderis cū he

reditate tua. Peccauimus cū patribus no⸗
ſtris: iniuſte egimus iniq̄tatē fecimus. Pa
tres nr̄i in egypto nō intellexerūt mirabilia
tua: nō fuerūt memores multitudinis miſe
ricordie tue. Et irritauerūt aſcendētes in ma
ri: mare rubrū. Et ſaluauit eos ꝓpter nomē
ſuū: vt notam faceret potentiā ſuā. Et incre
puit mare rubrū ⁊ exiccatum eſt: ⁊ deduxit eos
abyſſus ſicut in deſerto. Et ſaluauit eos de
manu odientiū: ⁊ redemit eos de manu inimi
ci. Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex
eis non remāſit. Et crediderūt in verbis ei⁹:
⁊ laudauerūt laudem eius. Cito fecerūt obli
ti ſunt operū eius: nō ſuſtinuerūt ꝯſilium ei⁹
Et ꝯcupierūt ꝯcupiſcentiā in deſerto: ⁊ tenta
uerūt deum in inaquoſo. Et dedit eis petitio
nem ipſoꝝ: ⁊ miſit ſaturitatē in aīas eorum.
Et irritauerūt moyſen in caſtris: aaron ſan
ctum dn̄i. Apta eſt terra ⁊ deglutiuit dathā:
⁊ operuit ſup̄ ꝯgregationē abiron. Et exar
ſit ignis in ſynagoga eoꝝ: flamma cōbuſſit
peccatores. Et fecerūt vitulum in oreb: ⁊ ado
rauerūt ſculptile Et mutauerūt gloriā ſuā:
ī ſimilitudinē vituli comedētis fenū. Obliti

ſunt deum qui ſaluauit eos: qui fecit magna
lia in egypto mirabilia in terra cham: terribi
lia i mari rubro. Et dixit ut diſperderet eos:
ſi nō moyſes electus eius ſtetiſſet in ꝯfractōe
in cōſpectu eius. Ut auerteret iram eius ne
diſperderet eos: et pro nihilo habuerūt terraꝫ
deſiderabilem. Non crediderunt verbo eius:
ꝛ murmurauerūt in tabernaculis ſuis: non
exaudierūt vocem dn̄i. Et eleuauit manum
ſuā ſup eos: ut proſterneret eos i deſerto. Et
ut deiiceret ſemen eoꝝ in nationibus: ꝛ diſp
deret eos in regionibus. Et iniciati ſunt beel
phegor: ꝛ comederūt ſacrificia mortuoꝝ. Et
irritauerūt eū in adinuencōibus ſuis: ꝛ mul
tiplicata eſt in eis ruina. Et ſtetit phinees et
placaᵗ: ꝛ ceſſauit quaſſatio. Et reputatū eſt
ei in iuſticiam: in generacōe ꝛ gn̄acōem uſqꝫ
in ſempiternū. Et irritauerūt eum ad aquas
ꝯtradictiōis: vexatus eſt moyſes ꝓpter eos:
quia exacerbauerūt ſpiritum eius. Et diſtin
xit in labijs ſuis: nō diſperdiderūt gētes
quas dixit domin⁹ illis. Et cōmixti ſunt in-
ter gentes: et didicerūt opera eoꝝ ꝛ ſeruierūt
ſculptilibus eorū: ꝛ factum eſt illis in ſcādalū

Et immolauerunt filios ſuos: ⁊ filias ſuas demonijs. Et effuderunt ſanguinem innocentem: ſanguinē filiorū ſuorū ⁊ filiarū ſuarꝫ quas ſacrificauerunt ſculptilibus chanaan. Et interfecta eſt terra in ſanguinibus: et cōtaminata eſt in operibus eorum: et fornicati ſunt in adinuētionibus ſuis. Et iratus eſt furore dn̄s in populo ſuo: ⁊ abominatus eſt hereditatem ſuam. Et tradidit eos in manꝰ gentium: ⁊ dominati ſunt eorū qui oderūt eos. Et tribulauerūt eos inimici eorū: ⁊ hūiliati ſunt ſub manibus eorum: ſepe liberauit eos. Ipſi autē exacerbauerūt eum in ꝯſilio ſuo: et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis. Et vidit cum tribularētur: ⁊ audiuit orationem eorum. Et memor fuit teſtamenti ſui: ⁊ penituit eum ſcd̄m multitudinez miſericordie ſue. Et dedit eos in miſericordias: in conſpectu omniū qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noſter: ⁊ ꝯgrega nos de nationibꝰ Ut confiteantur nomini ſancto tuo: ⁊ gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deuſ iſrael a ſeculo et vſqꝫ in ſeculum: et dicet omīs populus fiat fiat. Pſalmus. cvj.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in ſecu
lum miſcdia eius. Dicant nunc qui re
dempti ſunt a dño: quos redemit de manu ini
mici: ⁊ de regiōibus ꝯgregauit eos. A ſolis
ortu ⁊ occaſu: ab aquilone ⁊ mari. Errauerūt
in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis ha
bitaculi non inuenerūt. Eſuriētes ⁊ ſitien
tes: aīa eoꝝ in ipſis defecit. Et clamauerunt
ad dñm cū tribularētur: ⁊ de neceſſitatibꝰ eoꝝ
eripuit eos. Et deduxit eos ī viā rectā: vt irēt
in ciuitatem habitacōis. Confiteanť dño mi
ſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominū
Quia ſatiauit animā inanem: ⁊ animā eſu
rientē ſatiauit bonis. Sedētes in tenebris ⁊
ī vmbra mortꝭ: vinctos in mēdicitate ⁊ ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia dei: ⁊ cōſiliū
altiſſimi irritauerunt. Et humiliatū eſt in la
boribus cor eorum: et infirmati ſunt nec fuit
qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominū
cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorū
liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et
vmbra mortis: et vincula eoꝝ dirupit. Cō
fiteantur domino miſericordie eius: et mira-
bilia eiꝰ filijs hominū. Quia ꝯtriuit portas



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00193

ereas: ⁊ vectes ferreos ↄfregit. Suſcepit eoſ
de via iniq̃tatis eoꝝ: propter iniuſticias eniꝫ
ſuas humiliati ſunt. Omnē eſcam abomīa
ta eſt anima eoꝝ: ⁊ appropinq̃uerunt uſqꝫ ad
portas mortis. Et clamauerunt ad dn̄m cū
tribularent̄: ⁊ de neceſſitatibus eoꝝ liberauit
eos. Miſit verbū ſuū ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit
eos de interitōibus eoꝝ. Confiteantur dn̄o
miſcdie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominū.
Et ſacrificent ſacrifitiū laudis: ⁊ annūcient
opera eius in exultatione. Qui deſcendunt
mare ī nauibus: faciētes operacōem ī aquis
multis. Ipſi viderūt opera dn̄i: ⁊ mirabilia
eius in profundo Dixit ⁊ ſtetit ſp̄us procelle:
⁊ exaltauit fluctus eius. Aſcendūt uſqꝫ ad ce
los: et deſcendūt uſqꝫ ad abyſſos: anima eoꝝ
in malis tabeſcebat. Turbati ſunt et moti
ſunt ſicut ebrius: ⁊ omnis ſapientia eoꝝ deuo
rata eſt. Et clamauerūt ad dn̄m cū tribula
rent̄: ⁊ de neceſſitatibus eoꝝ eduxit eos. Et
ſtatuit procellā eius in aurā: ⁊ ſiluerūt fluct⁹
eius. Et letati ſunt q̇a ſiluerūt: ⁊ eduxit eos
in portū volūtatis eoꝝ. Confiteant̄ domi-
no miſericordie eius: et mirabilia eius filijs

hominū. Et exaltēt eū in eccleſia plebis: ⁊ in kathedra ſenioꝝ laudēt eū. Poſuit flumina in deſertū: ⁊ exitus aquaꝝ in ſitim. Terram fructiferā in ſalſuginem: a malitia inhabitā tium in ea. Poſuit deſertū in ſtagna aquaꝝ: ⁊ terrā ſine aqua in exitus aquaꝝ. Et collo cavit illic eſuriētes: ⁊ conſtituerūt ciuitatē ha bitatiōis. Et ſeminauerūt agros ⁊ plātaue runt vineas: ⁊ fecerūt fructū natiuitatis. Et bñdixit eis ⁊ multiplicati ſunt nimis: ⁊ iumē ta eoꝝ nō minorauit. Et pauci facti ſunt: et vexati ſunt a tribulacōe maloꝝ ⁊ dolore. Ef fuſa eſt ꝯtentio ſuper principes: ⁊ errare fecit eos in inuio et nō in via. Et audiuit paupe rem de inopia: et poſuit ſicut oues familias. Videbunt recti ⁊ letabuntur: ⁊ omnis iniqui tas opilabit os ſuum. Quis ſapiens et cu ſtodiet hec: ⁊ intelliget miſericordias dñi. Añ

Viſita nos dñe in ſalutari tuo añ Cō fitebor

Paratū cor meū ps. cviij.
Deus paratū cor meū: cā tabo et pſallā in gloria mea (domino. Euouae

Exurge pſalteriū ⁊ cythara: exurgā diluclō
Cōfitebor tibi in ꝑplis dn̄e: ⁊ pſallā tibi i na
tiōibus. Quia magna eſt ſuꝑ celos miſcđia
tua: ⁊ vſq ad nubes veritas tua. Exaltare
ſuꝑ celos deus: ⁊ ſuꝑ omnē terram glia tua:
vt liberent̄ dilecti tui. Saluū fac dextera tua
⁊ exaudi me: deus locutus eſt in ſctō ſuo. Ex
ultabo ⁊ diuidā ſichimā: ⁊ ꝯuallem taberna
culoꝝ dimetiar. Meus eſt galaad ⁊ meus eſt
manaſſes: ⁊ effraim ſuſceptio capitꝭ mei Iu
da rex meus: moab lebes ſpei mee. In ydu-
meā extendā calciamentū meū: mihi alieni-
gene amici facti ſunt. Quis deducet me in ci
uitatē munitā: q̇s deducet me vſq i ydumeā
Nonne tu deus q̇ repuliſti nos: et nō exibis
deus in ꝟtutib⁹ nr̄is. Da nob auxiliū de tri
bulatione: q̇a vana ſalus hoīs. In deo facie
mus virtutē: ⁊ ipſe ad nihilū deducet inimicoſ
Deꝰ laudē meā ne tacuerꝭ: ps. cviii (nr̄os
q̇a os pctōris ⁊ os doloſi ſuꝑ me apꝑtū ē
Locuti ſūt aduerſum me ligua doloſa: ⁊ ſer
mōib⁹ odiꝭ circūdederūt me: ⁊ expugnauerūt me
gratꝭ. Pro eo vt me diligerēt detrahebāt mi
hi: ego aūt orabā. Et poſuerūt aduerſum me

mala pro bonis: ⁊ odiū ꝑ dilectōe mea Con
ſtitue ſuꝑ eū peccatorē: ⁊ diabolus ſtet a dextrj
eius. Cum iudicaᷣ exeat ꝯdemnatus: ⁊ orō
eius fiat in peccatū Fiant dies eius pauci: ⁊
epiſcopatū eius accipiat alter. Fiant filij eiꝰ
orphani: ⁊ vxor eius vidua. Nutātes trāſfe
rātur filij eius ⁊ mendicēt: ⁊ eiſciātur de habi
tationibus ſuis. Scruteᷣ fenerator omnem
ſubſtantiā eius: ⁊ diripiāt alieni labores eiꝰ.
Nō ſit illi adiutor: nec ſit q̇ miſereaᷣ pupillis
eius Fiāt nati eius in interitū: in generacōe
vna deleaᷣ nomē eius. In memoriā redeat i
iquitas patrū eius in ꝯſpectu dñi: ⁊ peccatuꝫ
matrj eius nō deleaᷣ. Fiāt ꝯtra dñm ſemꝑ:
⁊ diſpereat de terra memoria eoꝝ: pro eo ꝙ nō
eſt recordatus facere miſcdiam. Et ꝑſecutuſ
eſt hominē inopem ⁊ mendicū: ⁊ cōpunctum
corde mortificare. Et dilexit maledictionē et
veniet ei: ⁊ voluit bñdictionē ⁊ elōgabiᷣ ab eo
Et induit maledictionē ſic̄ veſtimentū: ⁊ in
trauit ſicut aqua i interiora eius: ⁊ ſicut oleū
in oſſibus eius Fiat ei ſicut veſtimentū quo
operiᷣ: ⁊ ſicut zona qua ſemꝑ precingiᷣ Hoc
opus eoꝝ qui detrahūt mihi apud dñm: ⁊ qui

loquūtur mala aduerſus animā meā. Et tu dn̄e fac mecū propter nomē tuū: q2 ſuauis eſt miſcdia tua. Libera me quia egenus et paup ego ſum: et cor meū cōturbatū eſt intra me. Sicut umbra cū declinat ablatus ſum: et excuſſus ſum ſicut locuſte. Genua mea infirmata ſunt a ieiunio: et caro mea imutata ē propter oleū. Et ego factus ſum obprobriū illis: viderunt me et mouerūt capita ſua. Adiuua me dn̄e deus meus: saluū me fac propter miſcdiam tuā. Et ſcient quia man9 tua hec: et tu dn̄e feciſti eā. Maledicent illi et tu bn̄dices: qui inſurgūt in me ꝯfundātur: ſeruus aūt tuus letabit. Induant q̄ detrahūt mihi pudore: et operiātur ſic diploide ꝯfuſione ſua. Confitebor dn̄o nimis in ore meo: et in medio multorū laudabo eū. Qui aſtitit a dextr; paupis: vt saluā faceret a pſeqūtibus aiam meā. An.

C ℣. Dn̄e exaudi

Onfitebor domino nimis in ore meo (oratōz meā. ℟. Et clamor meus ad te veīat. T pe aduentus ℣. Egredietur dn̄s de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet vt saluet pplm ſuū. T pe paſce añ.

A ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli alleſia. ℟ ℣.
Alleluia alleluia alleluia. ¶ Viſo dño alleſia

¶ Ad laudꝰ Aña. Benigne fac in bona voluntate tua domine. pſ. Miſerere. añ. Bonū eſt. Euouae.

Bonum eſt confiteri domino: ꝛ Pſ. xci. pſallere nomini tuo altiſſime. Ad annunciandū mane miſedīam tuā: ꝛ veritatem tuā per noctem. In decachordo pſalterio: cū cantico in cythara. Quia delectaſti me dñe ī factura tua: ꝛ in operibus manuū tuaꝝ exultabo. Quā magnificata ſunt opera tua dñe: nimis profunde facte ſunt cogitationes tue. Vir inſipiens nō cognoſcet: ꝛ ſtultus nō intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores ſicut fenū: ꝛ apparuerint oēs qui operātur iniquitatē. Ut intereāt in ſeculum ſeculi: tu aūt altiſſimus ineternū dñe. Qm̄ ecce inimici tui dñe: qm̄ ecce inimici tui peribūt: ꝛ diſpergentur omnes qui operant̄ iniquitatez. Et



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00199

exaltabitur ſicut unicornis cornu meũ: et ſe-
nectus mea in miſericordia uberi. Et deſpe-
xit oculus meus inimicos meos: et inſurgen
tibus in me malignãtibus audiet aur; mea.
Juſtus ut palma florebit: ſicut cedrus liba-
ni multiplicabit. Plantati in domo domini:
in atrijs domus dei noſtri florebunt. Adhuc
multiplicabũtur in ſenecta uberi: et bene pa-
tientes erũt ut annuncient. Quoniã rectus
dñs deus noſter:
et non eſt iniqui-
tas in eo. Añа. Bonum eſt confiteri domi

no. Añ. Metuant dominum omnes fines ter

re. ps. Deus dẽs. añ. Date magnitudinem

A Cãticũ moyſi: Deutero. xxxij.

Audite celi que loquar: audiat
terra v̾ba or; mei. Concreſcat i plu (Euouae.
uia doctrina mea: fluat ut ros eloquiũ meum
Quaſi iber ſup herbã: et q̃ſi ſtille ſup grami
na: q2 nomẽ dñi iuocabo Date magnificẽtiã

deo nr̄o: dei ꝑfecta ſunt oꝑa: ⁊ oēs vie eius iu-
dicia Deus fidelis ⁊ abſqȝ ulla iniq̄tate iuſt⁹
⁊ rectus: peccauer̄t ei ⁊ nō filij eius in ſordib⁹
Generatio praua atqȝ ꝑuerſa: heccine red-
dis dn̄o ꝓple ſtulte ⁊ inſipiens. Nunquid nō
ipe eſt pater tuus: q̇ poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te
Memēto dieꝝ antiquoꝝ: cogita gn̄acōes ſin
gulas. Interroga patrē tuū ⁊ annunciabit
tibi: maiores tuos ⁊ dicēt tibi. Quādo diuide
bat altiſſimus gentes: qn̄ ſeparabat filios
adam. Conſtituit termīos ꝓplorum: iuxta
numerū filioꝝ iſrael Pars aūt dn̄i ꝓpl's ei⁹:
iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit
eū in terra deſerta: in loco horroris ⁊ vaſte ſoli
tudinis. Circūduxit eum ⁊ docuit: ⁊ cuſtodi-
uit quaſi pupillā oculi ſui. Sicut aquila pro
uocās ad uolandū pullos ſuos: ⁊ ſuꝑ eos uo
litans. Expādit alas ſuas ⁊ aſſumpſit eū:
atqȝ portauit in humerꝭ ſuis. Dn̄s ſol⁹ dux
eius fuit: ⁊ nō erat cū eo d̄s alien⁹ Cōſtituit
eū ſuꝑ excelſam terrā: ut comederet fructus a
groꝝ Vt ſugeret mel de petra: oleūqȝ de ſaxo
duriſſimo Butirū de armēto: ⁊ lac de ouib⁹: cū
adipe agnoꝝ ⁊ arietū filioꝝ baſā Et hyrcos

cũ medulla tritici: ⁊ ſanguinẽ vite biberẽt me
raciſſimũ. Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalci
trauit: incraſſatus impiguat⁹ dilatat⁹. De
reliquit deũ factorẽ ſuũ: ⁊ receſſit a dõ ſalutari
ſuo. Prouocauerũt eũ in diis alienis: ⁊ in ab
ominacõibus ad iracundiã cõcitauerũt. Im
molauerũt demoniis ⁊ nõ deo: diis quos igno-
rabãt. Noui recẽteſq; venerũt: quos nõ colu
erũt patres eoꝝ. Deũ q̇ te genuit dereliq̇ſti:
⁊ oblitus es dñi creatoris tui. Vidit dñs ⁊ ad
iracundiã cõcitatus eſt: q̇a prouocauerũt eũ fi
lii ſui ⁊ filie. Et ait abſcondã faciem meã ab
eis: ꝯſiderabo nouiſſima eoꝝ Generacõ enĩ
ꝑuerſa eſt: ⁊ infideles filii Ipſi me prouocaue
rũt in eo q̇ nõ erat deus: ⁊ irritauerũt in vani
tatibus ſuis. Et ego prouocabo eos in eo q̇
nõ eſt ꝑpl's: ⁊ in gẽte ſtulta irritabo illos Ig
nis ſuccenſus eſt in furore meo: ⁊ ardebit vſq;
ad inferni nouiſſima. Deuorabitq; terrã cũ
germĩe ſuo: ⁊ mõtiũ fundamẽta ꝯburet. Cõ
gregabo ſuꝑ eos mala: ⁊ ſagittas meas ꝯple
bo i eis. Conſumenť fame: ⁊ deuorabũt eos
aues morſu amariſſimo Dẽtes beſtiaꝝ im
mittam in eos: cũ furore trahentiũ ſuꝑ terrã

atqꝫ ſerpentiū. Foris vaſtabit eos gladius
⁊ intus pauor: iuuenē ſimul ac virginē lacten
tem cū hoīe ſene. Et dixi ubinam ſūt: ceſſa
re faciam ex hoībus memoriā eoꝝ. Sed pro
pter iram inimicoꝝ diſtuli: ne forte ſupbirēt
hoſtes eoꝝ. Et dicerēt manus nr̄a excelſa:
⁊ non dn̄s fecit hec oīa. Gens abſqꝫ ꝯſilio ē
⁊ ſine prudentia: utinā ſaperēt ⁊ intelligerent
ac nouiſſima prouiderēt. Quomō pſequeba
tur unus mille: ⁊ duo fugarēt decēmilia. Nō
ne ideo quia deus vendidit eos: et dn̄s ꝯcluſit
illos. Nō enī eſt deus noſter vt dij eoꝝ: ⁊ inimi
ci noſtri ſunt iudices. De vinea ſodomorum
vinea eorū: et de ſuburbanis gomorre. Vva
eorū vua fellis: et botrus amariſſimus. Fel
draconum vinū eorū: et venenum aſpidum
inſanabile. Nonne hec condita ſunt apud
me: et ſignata in theſauris meis. Mea eſt vl-
tio et ego retribuam eis in tempore: vt labat
pes eorum. Iuxta eſt dies perditionis: ⁊ ad
eſſe feſtinant tempora. Iudicabit dominus
populum ſuum: ⁊ in ſeruis ſuis miſerebitur.
Videbit quod infirmata ſit manus: et clau
ſi quoqꝫ defecerunt: reſiduiqꝫ conſumpti ſunt.

Et dicēt ubi ſūt dij eoꝝ: in quibus habebāt
fiduciā. De quoꝝ victimis comedebant adi
pes: ⁊ bibebant vinū libaminū. Surgant ⁊
opitulent nob: ⁊ in neceſſitate nos protegant
Videte ꝙ ego ſum ſolus: ⁊ nō ſit alius deus
preter me. Ego occidam ⁊ ego viuere faciā: ⁊
percutiā ⁊ ego ſanabo: ⁊ nō eſt q̇ de manu me
a poſſit eruere. Leuabo ad celū manū meā:
⁊ dicam viuo ego in eternū. Si acuero vt ful
gur gladiū meū: ⁊ arripuerit iudiciū manus
mea. Reddam ultionē hoſtibus meis: ⁊ his
qui oderūt me retribuā Inebriabo ſagittas
meas ſanguine: et gladius meus deuorabit
carnes De cruore occiſorū: et de captiuitate
nudati inimicoꝝ capitis. Laudate gentes
ppl'm eius: quia ſanguinē ſeruoꝝ ſuoꝝ ulci
ſcetur. Et vindictam retribuet in hoſtes eo-
rum: ⁊ propitius erit terre populi ſui. Anth.

Date magnitudinem deo noſtro. In cibalis

bene ſonantibus laudate deum. Ps. Laudate.

Caplm. Nox preceſſit dies aũt. Hymnus.

Aurora iam ſpargit polũ: terris dies illabit: lucis reſultat ſpiculũ: deſcẽdat omne lubricum. Fantaſma noctis decidat: mentis reatus ſubruat: quicq̃d tenebris horridũ: nox attulit culpe cadat. Ut mane illud ultimũ: quod poſtulamur cernui: in lucem nobis effluat: dum hoc canore cõcrepat. Deo patri ſit gloria eiuſq̃.

Verſiculus. Repleti ſumus mane miſcdia tua dñe. ℟. Exultauimus ⁊ dele. ſu. Ad bñdi. añ.

Illuminare domine his qui in tenebris ſedẽt et dirige pedes noſtros in viam pacis deus iſrael.

Euouae. ¶ In die epiphãie dñi. ad matutinũ in tertio nocturno Antiphoñ.

Venite

adoꝛemus eum: quia ipſe eſt domius deus noſter.

Primus choꝛus ex parte Pſal. xciiij

Ps. Venite. hebdomedarij

Venite exultemus dño: iubilemus deo ſalutari noſtro. Secũdus choꝛus Preoccupemus faciem eius in confeſſione: et in pſalmis iubilemus ei. Repetitur antiphõ

Venite adoꝛemus eũ: quia ipſe ẽ dñs deus noſter.

Primus choꝛus. Qm̃ deus magnus dñs: et rex magnus ſup̄ om̃es deos. Secũd' choꝛ' Quia in manu eius ſunt omnes fines terre: et altitudines montium ipſius ſunt. Añ.

Venite adoꝛemus eũ: qꝛ ipſe eſt dñs deus noſter.

Prim' choꝛ'. Qm̃ ipſius eſt mare et ipē fecit illud: et ſiccã manus eius foꝛmauerũt. Añ.

Venite adoꝛemus eũ: qꝛ ipſe eſt dñs deus noſter

Secūdus chorus. Et nos pp̄ls eius ⁊ oues manus eius: hodie ſi uocem eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra. Prim⁹ chorus Sicut in irritatione: ſecundum diem tentationis in deſerto. Antiphona.

Venite adoremus eū: quia ipſe ē dn̄s deus noſter.

Secūdus chorus. Ubi tentauerunt me patres vr̄i: probauer̄t ⁊ vider̄t opa mea. Prim⁹ chor⁹. Quadragita annis offenſus fui gn̄ationi illi: ⁊ dixi ſemp hi errant corde. Antiph.

Venite adoremus eū: q̄a ipſe eſt dn̄s deus noſter.

Secūd⁹ chorus. Et iſti nō cognouerūt vias meas ut iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam. Antiphona.

Venite adoremus eū: q̄ ipſe eſt dn̄s deus noſter.

Primus chor⁹. Gloria pr̄i ⁊ filio: et ſpūiſctō Secund⁹ chor⁹. Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊ ſp̄: ⁊ in ſcl'a ſcloꝝ amē. An̄. Venite adore ut. s.

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00207

Ad Terciã diebus ſimplicib⁹ Hymnus.



Nunc ſancte nobꝭ ſpiritus vnũ patri



cũ filio: dignare promptus ingeri noſtro



Os lingua mens ſenſus vigor ꝯfeſſione ꝑſonent flã refuſus pectori. Flameſcat igne charitas: accẽdat ardor proximos. Preſta pater piiſſime: patriqꝫ compar vnice: cum ſpiritu paraclyto regnans ꝑ omñe ſeculum. Amen. Antiphoñ.



Alleluia. Euouae. Tpe paſce Añ.



Alleluia. Euouae.

Ferialibus diebus hymnus. Nũc ſancte nobꝭ ſpũs. q̃re in fine hym̃. Añ.



Deduc me domine. Euouae. Ps.

Legem pone mihi dñe viam iuſtificationum tuaꝝ: et exquirã eam ſemp. Da mihi intellectũ ⁊ ſcrutabor legem tuã: ⁊ cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in

ſemita mādatoꝝ tuoꝝ: q2 ipſaȝ volui. Inclina coꝛ meū in teſtimōia tua: ⁊ nō in auaritiā Auerte ocl'os meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me. Statue ſuo tuo eloquiū tuū: in timoꝛe tuo. Amputa obpꝛobꝛiū meū qđ ſuſpicatus ſū: q2 iudicia tua iocunda. Ecce ꝯcupiui mandata tua: in eq̇tate tua viuifica me. Et veniat ſup me miſcdia tua dn̄e: ſalutare tuū ſcđm eloquiū tuū. Et reſpōdebo exꝓbꝛātibus mihi verbū: quia ſperaui in ſermonib9 tuis. Et ne auferas de oꝛe meo verbū veritatis vſq3quaq3: q2 i iudicijs tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiā legē tuā ſemp: in ſeculū et in ſeculū ſecli. Et ambulabā in latitudie: q2 mādata tua exq̇ſiui. Et loq̄bar de teſtimonijs tuis i ꝯſpectu regū: ⁊ nō ꝯfundebar. Et meditabar i mādatis tuis: q̄ dilexi. Et leuaui man9 meas ad mādata tua q̄ dilexi: ⁊ exercebor in iuſtificatiōib9 tuis.

Memoꝛ eſto verbi tui ſuo tuo: in q̄ mihi ſpem dediſti. Hec me cōſolata eſt in hūilitate mea: q2 eloquiū tuū viuificabit me. Superbi inique agebāt vſq3quaq3: a lege aūt tua nō declinaui. Memoꝛ fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſeculo dn̄e:

et ꝯſolatus ſum. Defectio tenuit me: ꝓ pctō
ribus derelinquentibus legē tuā. Cantabi
les mihi erāt iuſtificationes tue: in loco pere-
grinatiōis mee. Memor fui nocte nomis tui
dñe: ⁊ cuſtodiui legē tuā. Hec facta eſt mihi:
q: iuſtificacōes tuas exquiſiui. Portio mea
dñe: dixi cuſtodire legē tuā. Deꝑcatus ſum
faciē tuā in toto corde meo: miſerere mei ſcdm
eloquiū tuū. Cogitaui vias meas: ⁊ cōuer-
ti pedes meos in teſtimonia tua. Paratus
ſum ⁊ nō ſum turbatus: vt cuſtodiā mādata
tua. Funes pctōꝝ circūplexi ſunt me: ⁊ legē
tuā nō ſum oblitus. Media nocte ſurgebam
ad ꝯfitendū tibi: ſuꝑ iudicia iuſtificatiōis tue
Particeps ego ſum oīm timentiū te: ⁊ cuſto
dientiū mādata tua. Miſcdia tua dñe plena
eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. Ps.

Bonitateꝫ feciſti cū ſeruo tuo dñe: ſcdm
verbū tuū. Bonitatē ⁊ diſciplinā ⁊ ſciē-
tiam doce me: q: mādatis tuis credidi. Pri-
uſq̄ humiliarer ego deliqui: ꝓpterea eloquiū
tuū cuſtodiui. Bonus es tu: ⁊ i bonitate tua
doce me iuſtificatiōes tuas Multiplicata eſt
ſuꝑ me iniq̄tas ſuꝑboꝝ: ego aūt in toto corde

ſcrutaboꝛ mādata tua. Coagulatū eſt ſicut
lac coꝛ eoꝝ: ego vero legē tuā meditatus ſum
Bonū mihi quia humiliaſti me: ut diſcā iu-
ſtificatiões tuas. Bonū mihi lex oꝛis tui: ſu
per milia auri ⁊ argenti. Manus tue fecerūt
me et plaſmauerūt me: da mihi intellectū ut
diſcā mādata tua. Qui timent te videbunt
me ⁊ letabunt: quia in verbo tuo ſupſperaui
Cognoui dn̄e quia equitas iudicia tua: ⁊ in
veritate tua humiliaſti me. Fiat miſericoꝛ-
dia tua ut conſoletur me: ſcd̄m eloquium tuū
ſeruo tuo. Veniant mihi miſeratiões tue et
viuā: quia lex tua meditatio mea eſt. Con-
fundātur ſuperbi quia iniuſte iniquitatē fece
rūt in me: ego aūt exercebor in mandatis tu-
is. Conuertant mihi timentes te: ⁊ qui no-
uerunt teſtimonia tua. Fiat coꝛ meū imma
culatū in iuſtificationib⁹ tuis: ut nō ꝯfundar

Antiphona.

Alleluia alleluia alleluia. ps. Legē. R.


Inclina coꝛ meum deus: In teſtimonia tua. V.

## Ad Tertiam.



Auerte oculos meos ne videant vanitatem in via



tua viuifica me. In teſt. ℣. Gloria patri et filio ⁊ ſpi



℣. Ego dixi dñe miſerere mei
℟. Sana aīaʒ meā q꞉ pecca-

ritui ſancto. Incli. (ui tibi. ¶ T pe paſcali Añ.



Alleluia alleluia alleluia alleluia. Rem. bre.



Surrexit dominus de ſepulchro: Alleluia alle



luia. ℣. Qui pro nobis pependit in ligno. Alleluia



℣. Surrexit dñs vere allía.
℟. Et apparuit ſymoni allá

Gloria. Surrexit. ¶ In feriali officio: Aña.



Deduc me domine in ſemita mandatoꝝ tuoꝝ.

R. br. Sana animã meam: Quia pecca- ui tibi. V.

Ego dixi domine miſerere mei. Quia. V. Gloria.
V. Adiutor meus eſto ne derelinquas me. R.
Neq; deſpicias me deus ſalutaris meus.

¶ In diebus ſimplicib⁹ ad ſextã Hymnus.

Rector potens verax deus q̃ tẽperas
rerũ vices ſplendore mane inſtruis ⁊ ignibus
meridiem. Extigue flãmas litiũ aufer calorẽ noxiũ: cõfer ſalutẽ corporũ ve-(rãq; pacẽ cordiũ. Pr̃a pr̃. Añ.

Alleluia: Euouae. Tempore paſ. Aña. Alleluia.

¶ Dieb⁹ ferialib⁹ ymnus Rector potens. Euouae. q̃re i fine ymnor̃. añ Adiuua me.

# Ad Sextam

DEfecit in ſalutare tuum Pſ.
anima mea: ⁊ in verbũ tuũ ſu-
perſperaui. Defecerunt oculi mei (Eu ouae.
in eloquiũ tuũ: dicentes quãdo conſolaberis
me. Quia factus ſum ſicut vter in pruina:
iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus Quot
ſunt dies ſerui tui: quãdo facies de perſequẽ-
tibus me iudiciũ. Narrauerũt mihi iniqui
fabulatiões: ſed nõ vt lex tua. Oia mãdata
tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me adiuua
me. Paulominus ꝯſummauerũt me ĩ terra:
ego aũt nõ dereliq̃ mãdata tua Scõm miſe
ricordiã tuã viuifica me: et cuſtodiã teſtimo-
nia orꝫ tui In eternũ dñe: verbũ tuũ ꝑmanet
in celo In gñatione ⁊ gñationẽ veritas tua:
fundaſti terrã ⁊ ꝑmanet. Ordinatiõe tua ꝑ-
ſeuerãt dies: qm̃ oia ſeruiũt tibi. Niſi qđ lex
tua meditatio mea eſt: tũc forte periſſeꝫ in hu-
militate mea. In eternũ nõ obliuiſcar iuſtifi
catiões tuas: q2 in ipſis viuificaſti me. Tu-
us ſuꝫ ego ſaluũ me fac: qm̃ iuſtificatiões tu-
as exq̇ſiui. Me expectauerũt pctõres vt ꝑde-
rent me: teſtimonia tua intellexi. Omnis con
ſũmatiõis vidi finẽ: latũ mãdatũ tuũ nimis

Quomõ dilexi legem tuã dñe: tota Ps.
die meditatio mea eſt. Sup inimicos
meos prudentẽ me feciſti mandato tuo: qꝛ in
eternũ mihi eſt. Sup oẽs docentes me intel-
lexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Sup ſenes intellexi: qꝛ mãdata tua queſiui
Ab omĩ via mala ꝓhibui pedes meos: ut cu
ſtodiã verba tua. A iudicijs tuis nõ declina
ui: qꝛ tu legẽ poſuiſti mihi. Quã dulcia fau-
cibus meis eloquia tua: ſup mel ori meo. A
mandatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui omnẽ
viam iniq̃tatis. Lucerna pedib⁹ meis ver-
bũ tuum: ⁊ lumẽ ſemitis meis. Iuraui ⁊ ſta
tui: cuſtodire iudicia iuſticie tue Humiliatus
ſum uſqȝquaqȝ dñe: viuifica me ſcd̃m verbuȝ
tuum Voluntaria oris mei beneplacita fac
dñe: ⁊ iudicia tua doce me. Anima mea in ma-
nib⁹ meis ſemp: et legẽ tuã nõ ſum oblitus.
Poſuerũt pctõres laqueũ mihi: ⁊ de mãda-
tis tuis nõ erraui Hereditate acquiſiui teſti
monia tua ineternũ: qꝛ exultatio cordis mei
ſunt. Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtifi
catiões tuas ineternũ: ꝓpt retributionẽ
Iniq̃s odio habui: ⁊ legẽ tuã dilexi. Ps.

Adiutoꝛ ꝛ ſuſceptoꝛ meus es tu: et in verbū
tuū ſupſperaui. Declinate a me maligni: et
ſcrutaboꝛ mādata dei mei. Suſcipe me ſcd̄m
eloquiū tuū ꝛ viuā: et non ↄfundas me ab ex
pectatiōe mea. Adiuua me et ſaluus ero: et
meditaboꝛ i iuſtificationib⁹ tuis ſemꝑ. Spre
uiſti oēs diſcedētes a iuſticijs tuis: q꞉ iniuſta
cogitatio eoꝝ. Preuaricātes reputaui oēs
pctōꝛes terre: ideo dilexi teſtimonia tua. Cō
fige timoꝛe tuo carnes meas: a iudicijs eñ tu
is timui. Feci iudiciū ꝛ iuſticiā: non tradas
me calumniantibus me. Suſcipe ſeruū tuū
in bonū: nō calūniēt me ſupbi. Oculi mei
defecerūt in ſalutare tuū: ꝛ in eloquiū iuſticie
tue. Fac cū ſeruo tuo ſcd̄m miſc͞diam tuā: et
iuſtificationes tuas doce me. Seruus tuus
ſum ego: da mihi intellectū vt ſciam teſtimo-
nia tua. Tēp⁹ faciendi dñe: diſſipauerūt legē
tuā. Ideo dilexi mādata tua: ſup aurū et to-
pazion. Propterea ad oīa mādata tua diri-
gebar: omnē viam iniquā odio habui. Añ.



Alle luia alleluia alleluia ℟. br̄.



In eter-

nū domine. Permanet verbū tuū. ℣. In ſeculum ſe

culi veritas tua. Permanet. ℣. Gloria. Jnterr. ℣.
Dñs regit me et nihil mihi deerit. ℞. Jn loco
paſcue ibi me collocauit. ❡ Tpe paſcali añ.

Alleluia: alleluia alleluia. ℞. br. Surrexit

dominus vere. Alleluia alleluia. ℣. Et apparuit ſy

℣. Gauiſi ſunt
diſcipuli alleluia
moni. Alleluia. Gloria. Surrex. ℞. Viſo dño al
leluia. ❡ Jn feriali autē officio Antiphōa.

Adiuua me et ſaluus ero domine. ℞m bre.

Benedicā dominū. Jn om̄i tēpore. ℣. Semp

laus eius in ore meo. In omni. Gloria. Benedicã.

¶ In diebus ſimplicibus ad Nonã ymnus

Rerũ deus tenax vigor immotus in te p
manẽs lucis diurne tẽpora ſucceſſibus deter
minãs. Largire clarũ veſpe: quo vita nuſqȝ de
cidat: ſed premiũ mortis ſacre phẽnis
(tinſtet glia. Preſta pr̃ piiſ. vts. Añ.

Tẽpore Paſcali Antiph.

Alle luia. Euouae. Alleluia.

¶ In dieb' fer. ymnus Rex de' te. que in fine hymna. Añ. Aſpice in me.

Euouae.

Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea aĩa mea. Ps. Declaratio ſermonũ tuoꝝ il luminat: et intellectũ dat puulis. Os meũ a-
(Euouae.
perui et attraxi ſpiritũ: quia mãdata tua deſide-

rabā. Aſpice in me ⁊ miſerere mei: ſcd̄m iu-
diciū diligentiū nomē tuū. Greſſus meos di
rige ſcd̄m eloquiū tuū: et nō dominet̄ mei oīs
iniuſticia. Redime me a calumnijs hoīm: ut
cuſtodiā mandata tua. Faciē tuā illumina
ſup̄ ſeruū tuū: ⁊ doce me iuſtificationes tuas.
Exitus aquaꝝ deduxerunt oculi mei: quia
nō cuſtodierūt legē tuā. Iuſtus es dn̄e: ⁊ rec
tū iudiciū tuū. Mandaſti iuſticiā teſtimonia
tua: ⁊ veritatē tuā nimis. Tabeſcere me fecit
zelus me⁹: q̄ꝛ obliti ſunt ꝟba tua inimici mei
Ignitū eloquiū tuū vehemēter: ⁊ ſeruus tu-
us dilexit illud. Adoleſcētulus ſum ego ⁊ cō
tentus: iuſtificationes tuas nō ſum oblitus
Iuſticia tua iuſticia in eternū: ⁊ lex tua veri-
tas. Tribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt me:
mādata tua meditatio mea eſt. Equitas te
ſtimonia tua in eternū: intellectū da mihi ⁊ vi
Clamaui in toto corde exau Ps. uam.
di me dn̄e: iuſtificationes tuas requirā
Clamaui ad te ſaluū me fac: ut cuſtodiā mā
data tua. Preueni in maturitate ⁊ clamaui:
quia in verba tua ſuperſperaui. Preuene-
rūt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer elo-

quia tua. Vocem meã audi ſcd̃m miſcd̃iam
tuã dñe: ꝛ ſcd̃m iudiciũ tuũ viuifica me. Ap
propinquerũt pſequentes me iniq̃tati: a lege
aũt tua longe facti ſunt. Prope eſto dñe: et
oẽs vie tue ꝟitas. Initio cognoui de teſtimo
niis tuis: q꞉ ineternũ fundaſti ea. Vide hu-
militatẽ meã ꝛ eripe me: q꞉ legẽ tuã nõ ſuꝫ ob
litus. Iudica iudiciũ meũ ꝛ redime me: ꝓpter
eloquiũ tuũ viuifica me. Lõge a pctõꝛibus
ſalus: q꞉ iuſtificatiões tuas nõ exquiſierũt.
Miſcdie tue multe dñe: ſcd̃m iudiciũ tuũ viui
fica me. Multi q̇ pſequunť me ꝛ tribulãt me:
a teſtimoniis tuis nõ declinaui. Vidi p̃uari
cãtes ꝛ tabeſcebã: q꞉ eloquia tua nõ cuſtodie
rũt. Vide qm̃ mãdata tua dilexi dñe: in miſe
ricoꝛdia tua viuifica me. Principiũ verboꝝ
tuoꝝ veritas: ineternũ oĩa iudicia iuſticie tue
PRincipes pſecuti ſunt me gratis: Ps.
ꝛ a ꝟbis tuis foꝛmidauit coꝛ meũ. Le
taboꝛ ego ſup eloquia tua: ſicut q̇ inuenit ſpo
lia multa. Iniquitatẽ odio habui ꝛ abomi-
natus ſum: legeꝫ aũt tuã dilexi. Septies in
die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſticie tue
Pax multa diligẽtib' legẽ tuã: ꝛ nõ eſt illis

scandalū. Expectabā salutare tuū dn̄e: ⁊ mā
data tua dilexi. Custodiuit aīa mea testimo
nia tua: ⁊ dilexit ea vehemēter. Seruaui mā
data tua et testimonia tua: q2 oēs vie mee in
ɔspectu tuo. Appropinquet depcatio mea in
cōspectu tuo dn̄e: iuxta eloquiū tuū da mihi
intellectū. Intret postulatio mea in ɔspectu
tuo: scdm eloquiū tuū eripe me. Eructabūt
labia mea ymnū: cū docuer3 me iustificatiōes
tuas. Pronūciabit ligua mea eloquiū tuū:
q2 oīa mādata tua eqtas. Fiat manus tua
ut saluet me: qm̄ mādata tua elegi. Concupi
ui salutare tuū dn̄e: ⁊ lex tua meditatio mea ē
Uiuet aīa mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua
adiuuabunt me. Erraui sicut ouis q̄ periit:
q̄re seruū tuū q2 mādata tua nō sū oblitus. Añ.



Alle luia alleluia alleluia ℟.



Clamaui in toto corde meo. Exaudi me domie



℣. Iustificatiōes tuas requirā. Ex. Gloria. Cla.

## Ad Nonam.

℣. Ab occultis meis mūda me dn̄e. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. Tp̄e paſcali. Añā.



A Lleluia: alleluia alleluia alleluia. Rn̄ bre.



G Auiſi ſunt diſcipuli. Alleluia alleluia. ℣. Vi-



℣. Mane nobiſcū dn̄e: allel'a. ℟.

ſo domio. Alle. Gloria. Gauiſi. Qm̄ aduesperaſcit: all'ia. ¶ In feriali aūt officio Antiphōa.



A Spice in me et miſerere mei domine. Rn̄ br̄.



R Edime me domie: Et miſere re mei. ℣. Deus



enim meus ſtetit in via recta. Et miſer. Gloria patri



et filio et ſpiritui ſancto. Redime.

℣ Ab occult meis mūda me domine. Et ab.

Dñicis diebus ad veſperas Añã — Tpe Paſ. Añ.

D Ixit dominus. Euouae.



A Lleluia. Euouae. Pſ.
D Ixit dñs dño meo: ſe (cix.
de a dextrꝫ meis. Donec
ponã inimicos tuos: ſca-
bellum pedũ tuoꝝ. Virgã virtutis tue: emit
tet dñs ex ſyon: dominare in medio inimicoꝝ
tuoꝝ. Tecũ principiũ in die virtutis tue: in
ſplendoribus ſanctoꝝ: ex utero ante luciferũ
genui te. Iurauit dñs et nõ penitebit eum:
tu es ſacerdos ineternũ: ſcḋm ordinẽ melchi-
ſedech. Dominus a dextris tuis: confregit
in die ire ſue reges. Iudicabit in nationibuſ
implebit ruinas: conquaſſabit capita in ter-
ra multoꝝ. De torren
te in via bibit: propterea
exaltabit caput. Añã. D Ixit domin⁹ domi
no meo ſede a dextris meis. F Idelia. Euouae.

Confitebor tibi dñe in toto corde Ps. cx.
meo: in conſilio iuſtoꝝ ⁊ cõgregatione.
Magna opa dñi: exq̄ſita in oẽs voluntates
eiꝰ. Cõfeſſio ⁊ magnificẽtia opus eiꝰ: ⁊ iuſti
cia eius manet in ſeculũ ſecli. Memoriã fecit
mirabiliũ ſuoꝝ: miſericors ⁊ miſerator dñs:
eſcã dedit timentibꝰ ſe. Memor erit in ſeculũ
teſtamẽti ſui: virtutẽ opeꝝ ſuoꝝ annũciabit
poplo ſuo. Ut det illis hereditatẽ gentium:
opa manuũ eiꝰ veritas ⁊ iudiciũ. Fidelia oĩa
mãdata eius: ꝯfirmata in ſeculũ ſecli: facta ĩ
veritate ⁊ eq̄tate. Redẽptionẽ miſit pplo ſuo:
mãdauit in eternũ teſtamentũ ſuũ. Sanctũ
et terribile nomẽ eiꝰ: initiũ ſapiẽtie timor dñi.
Intellectus bonus oĩbus facientibꝰ eũ: lau
datio eiꝰ ma
net in ſeculũ
ſeculi. Aña.



Fidelia oĩa mãdata eius confir



mata in ſeculũ ſeculi. añ. In mãdatis. Euouae.
Beatus vir q̄ timet dñm: in mã Ps. cxi.
datis eius volet nimis. Potẽs ĩ terra
erit ſemen eiꝰ: generatio rectoꝝ bñdicet. Glo

ria ꝛ diuitie in domo eius: et iuſticia eius ma-
net in ſeculum ſeculi. Exortū eſt in tenebꝛ lu
men rectis: miſericors ꝛ miſerator et iuſtus.
Iocūdus homo q̄ miſeret ꝛ cōmodat: diſpo
net ſermones ſuos in iudicio: q2 in eternū nō
cōmouebit. In memoria eterna erit iuſtus:
ab auditione mala nō timebit. Paratū cor
eius ſperare in dn̄o: confirmatū eſt cor eius:
nō cōmouebitur donec deſpiciat inimicos ſu
os. Diſperſit dedit pauperib9: iuſticia eius
manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabi-
tur in gloria. Peccator videbit et iraſcetur:
dentibus ſuis fremet
ꝛ tabeſcet: deſiderium
peccatoꝝ peribit. an̄.



In mandatis eius cu-



pit nimis. An̄a. Sit nomen. Euouae. Ps
Laudate pueri dn̄m: laudate nomē dn̄i.
Sit nomē dn̄i benedictū: ex hoc nunc ꝛ
uſq3 in ſeculū. A ſolis ortu uſq3 ad occaſum:
laudabile nomē dn̄i. Excelſus ſup oēs gen-
tes dn̄s: et ſup celos gloria eius. Quis ſicut
dn̄s deus noſter q̄ in altis habitat: ꝛ humilia

reſpicit in celo ⁊ in terra. Suſcitãs a terra in
opem: ⁊ de ſtercore erigẽs pauperẽ. Ut collo
cet eum cũ principib⁹: cũ principib⁹ popli ſui.
Qui habitare facit ſterilem ĩ domo: ma trẽ filioꝝ letantẽ. añ



S It nomen domini be





nedi ctum in ſecula. Añ Nos qui viuimus.

In exitu iſrahel de Pſal. cxiij.



egypto: domus iacob de popu
lo barbaro Facta eſt iudea ſancti ( Euouae.
ficatio eius: iſrael poteſtas eius. Mare vidit
et fugit: iordanis cõuerſus eſt retrorſuz. Mõ
tes exultauerũt ut arietes: ⁊ colles ſicut agni
ouiũ. Quid eſt tibi mare qđ fugiſti: et tu ior
danis q꞉ cõuerſus es retrorſum. Mõtes ex
ultaſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiũ.
A facie dñi mota eſt terra: a facie dei iacob.
Qui ꝯuertit petrã in ſtagna aquaꝝ: ⁊ rupẽ
in fontes aquarũ. Nõ nobis dñe nõ nobis:
ſed nõi tuo da gloriã. Sup miſcđia tua ⁊ ve
ritate tua: neqñ dicãt gentes vbi eſt deus eoꝝ
Deus aũt nr̃ in celo: oĩa quecũqꝫ voluit fecit

Simulachra gentium argentū ⁊ aurū: opa
manuū hoim. Os habēt ⁊ nō loquent: ocu-
los habēt ⁊ nō videbūt. Aures habēt ⁊ non
audient: nares habent ⁊ nō odorabunt. Ma
nus habēt ⁊ nō palpabūt: pedes habēt et nō
ambulabūt: nō clamabūt in gutture suo. Si
miles illis fiant q̇ faciunt ea: ⁊ oēs qui ꝯfidūt
in eis. Domus israel ſperauit in dn̄o: adiu-
tor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ eſt. Domus aaron ſpe
rauit in dn̄o: adiutor eoꝝ et protector eoꝝ eſt.
Qui timēt dn̄m ſperauerūt in dn̄o: adiutor
eoꝝ et ꝓtector eoꝝ eſt. Dn̄s memor fuit nr̄i:
et benedixit nobis. Benedixit domui iſrael:
bn̄dixit domui aaron. Bn̄dixit omibus q̇ ti-
ment dn̄m: puſillis cū maioribus. Adijciat
dn̄s ſup vos: ſuper vos et ſup filios veſtros.
Benedicti vos a dn̄o: q̇ fecit celū ⁊ terrā. Ce
lum celi dn̄o: terrā aūt dedit filijs hominum.
Non mortui laudabūt te dn̄e: neqꝫ oēs qui
deſcendunt in infernū. Sed nos q̇ viuimus
bn̄dicimus dn̄o: ex h̄ nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. An.



Tpe Paſ.

Nos qui viuimus benedicimus domino. An.



Alleluia alleluia alleluia alleluia. Hymnꝰ.



Lucis creator optime: lucē dierū ꝓferens



primordijs lucis nouis: mūdi parās originē.
Qui mane iunctū vesperi: diē vocari p̄cipis
tetrū chaos illabitur: audi preces cū fletibus
Ne mens grauata crimine vite sit exul mu-
nere: dū nil perenne cogitat seseqꝫ culpis illigat
Celorū pulset intimū vitale tollat premiū: vi-
temus oīe noxiū: purgemus oīe pessimū.
Presta pr̄ piiss. ℣. Dirigat dñe orō mea. ℟.
Sicut incensum in ɔspectu tuo. Prescriptus
hymnꝰ cū ɔsiculo dr̄ a dñica post octa. epiph.
usqꝫ ad dñicā q̈dragesime. et ab octa. penthe.
usqꝫ ad aduentū. Canticū beate marie vgi.
Magnificat: aīa mea dñm. Et exulta
uit spūs meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatē ācille sue: ecce eñ
ex h̄ beatā me dicent oēs gñationes. Quia

fecit mihi magna q̄ potẽs eſt: et ſanctū nomē
eius. Et miſcḋia eius a ꝓgenie in ꝓgenies:
timentib⁹ eū. Fecit potentiā in brachio ſuo:
diſperſit ſupbos mente cordis ſui. Depoſuit
potẽtes de ſede: ꝛ exaltauit hūiles. Eſurien-
tes impleuit bonis: ꝛ diuites dimiſit inanes
Suſcepit iſrael puer ſuū: recordat⁹ miſcḋie
ſue. Sicut locutus eſt ad p̄res nr̄os: abraā
ꝛ ſemini ei⁹ in ſecl̄a. ¶ Feria ſcḋa ad vſ̄ Añ.



Inclinauit dñs. Euouae.

Tpe Paſ. Añа



Alleluia.

Dilexi qm̄ exau Pſ. cxiiij.



diet dñs: vocē orōnis mee
Quia inclinauit aurē ſuā (Euouae.
mihi: ꝛ in dieb⁹ meis inuocabo. Circūdede-
rūt me dolores mortis: et pericl̄a inferni inue
nerūt me. Tribulationē ꝛ dolorē inueni: ꝛ no
men dñi inuocaui. O dñe libera aīam meā
miſericors dñs ꝛ iuſtus: ꝛ deus nr̄ miſeretur.
Cuſtodiēs paruulos dñs: humiliatus ſum
et liberauit me. Conuertere aīa mea in requi
em tuā: q: dñs benefecit tibi. Quia eripuit
aīam meā de morte: oclos meos a lacrimis:



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00229

pedes meos a lapſu. Placebo dño: in regione viuoꝝ. Aña.  Inclinauit dominus

 

aurem ſuam mihi. Añ. Credi di. Euouae.

Credidi ꝓpter qd̄ locutus ſum: Ps. cxv.
ego aūt humiliatus ſum nimis. Ego
dixi in exceſſu meo: oīs homo mēdax. Quid
retribuā dño: ꝓ oībus q̄ retribuit mihi. Ca-
licē ſalutaris accipiā: et nomē dñi inuocabo.
Uota mea dño reddā corā oī ꝓplo ei⁹: ꝓcioſa
in ↄſpectu dñi mors ſctōꝝ eius. O dñe quia
ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus ⁊ filius an-
cille tue. Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrifi-
cabo hoſtiam laudis: et nomē dñi inuocabo.
Uota mea dño reddā i ↄſpectu
oīs ꝓpli eius: in atrijs domus
dñi in medio tui hieruſalem. Añ  Credidi

 

ꝓpter qd̄ locut⁹ ſuꝫ. añ. Laudate dñm. Euouae

Laudate dñm oēs gētes: lau- Ps. cxvj.
date eū oēs ꝓpli. Qm̄ ↄfirmata eſt ſup

nos miſcdia eius: et veritas domini manet
in eter
num.

Aña. L Audate dominum omnes gentes. Añ
A d dñm Pš.cxix.
Cũ tribularer cla-

maui: et exaudiuit me. C Lamaui. Euouae.
D ñe libera aiam meã a labijs iniqs: ⁊ a lin
gua doloſa. Q uid det tibi aut qd apponat ti
bi: ad linguã doloſam. S agitte potẽtis acu
te: cũ carbonibus deſolatorijs. H eu mihi qꝛ
incolatus meus plongatus eſt: habitaui cũ
habitãtibus cedar: multũ incola fuit anima
mea C um his q oderũt pacem
erã pacificus: cũ loquebar illis

impugnabant me gratis. Añ. C Lamaui

et exaudiuit me. añ. V Ade veniet. Euouae.
L Euaui ocl'os meos in mõtes: Pš.cxx.
unde veniet auxiliũ mihi. A uxiliũ me
um a dño: q fecit celũ ⁊ terrã. N õ det in cõmo
tionẽ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet q cuſtodit te. E c
ce nõ dormitabit neqꝫ dormiet: q cuſtodit iſrl.

Dñs cuſtodit te dñs ꝓtectio tua ſup manū dexterā tuā. Per diem ſol nō uret te: neqꝫ luna ꝑ noctem. Dñs cuſtodit te ab omi malo: cuſtodiat animā tuā dñs Dñs cuſtodiat introitū tuū ⁊ exitū tuū: ex h nūc ⁊ uſqꝫ in ſeculū. Aña



Vnde veniet auxiliū mihi.

Tēpore paſcali: Aña.



Alle luia allelu ia alleluia. hymn⁹.



Immenſe celi cōditor q̄ mixta ne cōfunde



rent aque fluenta diuidēs celū dediſti limitē. Firmās locū celeſtibus: ſimulqꝫ terre riuulis: ut unda flammas temperet: terre ſolum ne diſſipet. Infunde nūc piiſſime: donū perhennis gratie: fraudis noue ne caſib⁹ nos error atterat vetus. Lucem fides inueniat. ſic luminis iubar ferat: hec vana cuncta terreat hanc falſa nulla cōprimāt. Preſta pr̄ piiſſi. ℣. Dirigat oro. vts prio. Ad magnifi. añ.



Magnifi cat anima mea dominum: quia re



¶ Feria tercia ad veſperas Aña.

ſpexit deus humilitatē meā. Euouae.



Tpe paſ. Aña

In domū domini. Euouae



Alleluia

Letatus ſum in his Ps. cxxi.



q̄ dicta ſūt mihi: in domū dñi
ibimus. Stātes erant pedes nr̄i: Euouae.
in atrijs tuis hieruſalem. Ieruſalem q̄ edifi
cat᷑ vt ciuitas: cuius ꝑticipatio eius in idipſū
Illuc enī aſcenderūt tribus trib⁹ dñi: teſtimo
niū iſrael ad ꝯfitendū nomini dñi Quia illic
ſederūt ſedes in iudicio: ſedes ſuꝑ domū dauid
Rogate q̄ ad pacē ſunt hieruſalem: ꝛ abun-
dantia diligentibus te. Fiat pax in virtute
tua: et abundantia in turribus tuis. Prop
ter fratres meos et proximos meos: loque-
bar pacem de te. Prop-
ter domū dñi dei noſtri:
queſiui bona tibi. Aña.



In domū domini



letantes ibimus. Aña. Qui habitas Euouae
Ad te leuaui oculos meos: q̃ Pſ. cxxii.
habitas in celis. Ecce ſicut oculi ſeruo
rũ: in manibꝰ dñoꝝ ſuoꝝ. Sicut oculi ancil-
le in manibꝰ dñe ſue: ita oculi nr̃i ad dñm deũ
noſtrũ donec miſereatꝰ noſtri Miſerere noſtri
dñe miſerere nr̃i: qꝫ multũ repleti ſumus de-
ſpectiõe. Quia multũ repleta eſt anima no-
ſtra: obprobriũ abũ
dantibus et deſpec-



tio ſuperbis. Aña. Qui habitas in celis mi



ſerere nobis. Añ. Adiutorium. Euouae. Pſ.
Niſi qꝫ dñs erat ĩ nobis dicat nũc (cxxiii
iſrael: niſi qꝫ dñs erat in nobis. Cũ ex
urgerẽt hoĩes in nos: forte viuos deglutiſſent
nos. Cum iraſceretꝰ furor eoꝝ in nos: forſitan
aqua abſorbuiſſet nos. Torrentẽ ptranſiuit
aĩa nr̃a: forſitan ptranſiſſet aĩa nr̃a aquã
intollerabilem. Bñdictus dñs: qui nõ dedit
nos in captionẽ dentibꝰ eoꝝ. Anima nr̃a ſicut

paſſer erepta ē de laq̃o venantiū: laqueus cō
tritus eſt ⁊ nos liberati ſum⁹
Adiutorium noſtrū in noīe
dñi: q̃ fecit celum ⁊ terrā. Añ.



A Diutorium





noſtrū in nomīe domini. añ. B Enefac Euouae

Q Ui ɔfidūt in dño ſicut mōs Ps. cxxiiij
ſyon: nō cōmouebit in eternū qui habi
tat in ieruſalem. Montes in circuitu eius: et
dñs in circuitu ppl'i ſui: ex h̃ nūc et uſq; in ſecu
lum. Quia non relinquet dñs virgā pctōꝝ
ſup ſortem iuſtoꝝ: vt nō extendāt iuſti ad ini
quitatē manus ſuas. Benefac dñe: bonis ⁊
rectis corde. Declinātes aūt in obligatiōes
adducet dñs cū ope-
rantib⁹ iniquitatē:
pax ſup iſrael. Añ.



B Enefac domīe bonis et





rectis corde. Añ. L Facti ſumus. Euouae. Ps.

I N cōuertendo dñs captiuitatem cxxv.
ſyon: facti ſumus ſicut ɔſolati. Tūc re-
pletū eſt gaudio os noſtrū: ⁊ lingua nr̃a exul

tatione. Tunc dicẽt inter gentes: magnifica
uit dñs facere cũ eis. Magnificauit dñs face
re nobiſcũ: facti ſumus letantes. Conuerte
dñe captiuitatẽ noſtrã: ſicut torrẽs in auſtro
Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione
metent. Euntes ibant ⁊ flebant: mittentes
ſemina ſua. Uenientes autẽ uenient cũ exul-
tatiõe: portã-
tes manipu-
los ſuos. Añ.



F Acti ſumus ſicut conſo lati.

T pe paſ. Añ.



A Lleluia: alleluia alle luia alleluia. hymñ.



T Elluris ingens conditor: mũdi ſolum q̃



eruens pulſis aque moleſtijs terram dediſti



Ut germen aptũ pferens: fuluis
decora floribꝰ fecũda fructu ſiſteret
immobilẽ. (paſtũqꝫ gratũ redderet. Mentes
puſte uulnera mũda virorꝫ gr̃a vt facta fletu
diluat motuſqꝫ prauos atterat. Iuſſis tuis

obtẽperet nullis malis approximet bonis re
pleri gaudeat et mortis actũ
neſciat. Pr̃a pr̃. ℣. Dirigat
dñe. vt̃s ſo. eu. Ad mag. añ.



E Xultet ſpiri



domino

tus meus in de o ſalutari meo. Euouae.

¶ Feria q̃rta ad vs. Añ. Tpe Paſ. Añ.



Non cõfundetur. Euouae.



Alleluia.

Niſi dñs edificaue Ps. cxxvi.



rit domũ: inuanũ laboraue-
rũt q̃ edificãt eã. Niſi dñs (Euouae.
cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat q̃ cuſtodit
eã. Vanũ eſt vob ante lucez ſurgere: ſurgite
poſtq̃ ſederitis qui mãducatis panẽ doloris.
Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce heredi-
tas dñi: filij merces fructus ventris. Sicut ſa
gitte in manu potentis: ita filij excuſſor. Be
atus vir q̃ ipleuit deſideriũ ſuũ ex ipſis: nõ cõ-
fundet cũ loquet inimicis ſuis in porta. Añ.



Non confundetur dum loquetur inimicis ſuis



in porta. An̄. B Eati omnes. Euouae. Ps̄.
Beati omnes q̇ timent dn̄m: qui cxxvij.
ambulant in vijs eius. Labores ma
nuū tuarꝫ qꝛ mādu cabis: beatus es ꝛ bene ti
bi erit Uxor tua ſicut vitis abundās: in late
rib⁹ dom⁹ tue. Filij tui ſicut nouelle oliuarꝫ: i
circuitu menſe tue Ecce ſic bn̄dicet hō: qui ti
met dn̄m. Bn̄dicat tibi dn̄s ex ſyon: ꝛ videas
bona ieruſalē oībus dieb⁹ vi
te tue. Et videas filios filio



rū tuorꝫ: pacē ſup iſrael. An̄. B Eati om̄es q̇



timēt dominū. an̄ S Epe. Euouae. ps̄. cxxviij
Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea:
dicat nūc iſrael. Sepe expugnauerūt
me a iuuentute mea: etenī nō potuerūt mihi.
Supra dorſum meū fabricauerūt peccōres:
plongauerūt iniquitatē ſuam Dn̄s iuſtus
cōcidet ceruices peccatorꝫ: ꝯfundant ꝛ cōuer
tant retrorſum om̄es qui oderūt ſyon. Fiat
ſicut fenū tecto: qđ priuſꝗ̄ euellatur exaruit.

Qe q̃ nō implebit manū ſuā q̃ metet: et ſinū ſuū q̃ manipulos colliget. Et nō dixerūt qui ꝑteribāt: benedictio dñi ſuꝑ vos: benediximꝰ vobis i nomie dñi. añ.



S Epe expugnauerūt me a iuuētute mea.

Pſalm̄. cxxix

De profundis clamaui ad te dñe: dñe



De profundis. Euouae.

exaudi vocē meā. Fiāt aures tue itendētes: in vocē dꝑcationis mee. Si iniq̃tates obſeruauerj dñe: dñe q̃s ſuſtinebit. Quia apud te ꝓpiciatio eſt: et ꝓpter legē tuā ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aīa mea in verbo eius: ſperauit aīa mea in dño. A cuſtodia matutina uſq; ad noctē: ſperet iſrael in dño. Quia apd dñm miſcdia: ⁊ copioſa apud eū redēptio. Et ipſe redimet iſrael: ex oībus iniq̃tatibꝰ eius. Añ.



De profundis clamaui ad te domine. Aña.

Domie nō ps. cxxx eſt exaltatū co: meū: neq; elati ſūt ocl̄i mei.



Speret. Euouae.

Neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabi
libus ſup me. Si nō humiliter ſentiebā: ſed
exaltaui animā meā Sicut ablactatus ſup
matrē ſuā: ita retributio in aīa mea. Spe-
ret iſrahel in domi
no: ex hoc nūc et uſ
qꝫ in ſeculum. Añ.



S peret iſrahel in domino.

Tēpore Paſcali Antiph.



A lle luia allelu ia alleluia. hymn⁹.



O Eli deus ſanctiſſime q̄ lucidū centrū po-



li cādore pingis igneo augens decoro lumie.
Quarto die qui flammeā ſolis rotā cōſtitu
ens lune miniſtrans ordinē vagoſqꝫ curſus
ſyderū. Ut noctib⁹ vel lumini direptionis ter
minū primordijs ⁊ menſiū: ſignū dares notiſ
ſimū. Illumina cor hoim abſterge ſordes mē
tium reſolue culpe vinculū euerte
moles criminū Ora pr. ℣. Diri
gat dñe. vts fo. cv. Ad mag. añ.



R Eſperit



dominus humilitatẽ meã: et fecit i me magna quia



¶ Feria. v. ad veſperas



potens eſt. Euouae. Antiphõa. E t omnis.



Tpe paſca.



Euouae. Añа. A lleluia. Euouae. Ps.

Memento dñe dauid: et oĩs mã cxxxi.
ſuetudinis eius. Sicut iurauit dño:
votũ vouit deo iacob. Si introiero i
tabernaculũ domus mee: ſi aſcendero in lectũ
ſtrati mei. Si dedero ſomnũ oculis meis: et
palpebris meis dormitationẽ. Et requiem
tẽporibꝰ meis donec inueniã locũ dño: taber-
naculũ deo iacob. Ecce audiuimus eã in ef-
frata: inuenimus eã in cãpis ſilue. Introi-
bimus in tabernaculũ eiꝰ: adorabimus in lo
co ubi ſteterũt pedes eiꝰ. Surge dñe in requiẽ
tuã: tu ⁊ archa ſcĩficatiõis tue. Sacerdotes
tui induant iuſticiã: ⁊ ſancti tui exultẽt. Pro
pter dauid ſeruũ tuũ: nõ auertas faciem xpĩ
tui. Iurauit dñs dauid veritatẽ ⁊ nõ fruſtra

biť eũ: de fructu vẽtris tui ponã ſup ſedẽ tuã. Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ meũ: ⁊ teſtimonia mea hec q̃ docebo eos. Et filij eorũ vſq̧ in ſeculũ: ſedebunt ſup ſedẽ tuã. Qm̃ elegit dñs ſyon: elegit eam in habitationez ſibi. Hec req̃es mea in ſeculũ ſeculi: hic habitabo qm̃ elegi eã. Viduã eius bñdicẽs benedicã: pauperes ei⁹ ſaturabo panib⁹. Sacerdotes eius induã ſalutari: et ſancti eius exultatiõe exultabũt. Illuc pducã cornu dauid: paraui lucernã xp̃o meo. Inimicos ei⁹ induã cõfuſione: ſup ipſuz aũt efflorebit ſctificatio mea.



Et oñis mã-





ſuetudinis eius. Añ. Ecce q̃ bonum. E uo u ae.

Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iucundum: Ps. cxxxij habitare fratres in vnũ. Sicut vnguẽtũ in capite: qd̃ deſcendit in barbã barbã aaron. Quod deſcendit in horã veſtimẽti eius: ſicut ros hermõ qui deſcendit in montẽ ſyon. Qm̃ illic mãdauit dñs bñdictionẽ ⁊ vitã: vſq̧ i ſeculũ. añ.



Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocundũ

LAuda Pſ. cxxxiiij
te nomē dñi: lauda-
te ſerui dñm. Qui ſtatis

Omnia. Euouae
in domo dñi: in atrijs domus dei nr̄i. Lauda
te dñm q꞉ bonus dñs: pſallite noi eiꝰ qm̄ ſua-
ue eſt. Qm̄ iacob elegit ſibi dñs: iſrl̄ in poſſeſ
ſionē ſibi. Quia ego cognoui ꝙ magnus eſt
dñs: ⁊ deus nr̄ pre oibus dijs. Omia quecū
ꝗ voluit dñs fecit in celo et i terra: in mari ⁊ in
oibus abyſſis. Educēs nubes ab extremo
terre: fulgura in pluuiā fecit. Qui ꝑducit vē
tos de theſaur ſuis: q̇ ꝑcuſſit primogenita e-
gypti: ab hoie vſꝗ ad pecus. Et miſit ſigna ⁊
ꝑdigia in medio tui egypte: in pharaonē ⁊ in
oēs ſeruos eiꝰ. Qui ꝑcuſſit gētes multas ⁊
occidit reges fortes. Seon regē amorreoꝝ: ⁊
og regē baſan: ⁊ oia regna chanaan. Et de-
dit terrā eoꝝ hereditatē: hereditatē iſrael ꝑplo
ſuo. Dñe nomē tuū in eternū: dñe memoria
le tuū in gñatione ⁊ gñationē. Quia iudica-
bit dñs ꝑpl'm ſuū: ⁊ in ſeruis ſuis deprecabit.
Simulachra gentiū argentū ⁊ aurū: opera
manuū hoim. Os hūt ⁊ nō loquent: oculos
hūt ⁊ nō videbūt. Aures habēt ⁊ nō audiēt:

neqꝫ eñ eſt ſpūs in ore ipſoꝝ. Similes illis
fiant q̄ faciunt ea: et om̄es q̄ confidunt in eis.
Domus iſrael bñdicite dño: domus aaron
bñdicite dño. Domus leui bñdicite dño: q̄ ti-
metis dñm bñdicite dño.
Bñdictus dñs ex ſyon:
q̄ habitat in ieruſalē. añ. Omnia quecūqꝫ





voluit dominus fecit ps. Quoniam. Euouae.

Confitemini dño qm̄ bonus: ps. cxxxv
qm̄ in eternū miſcdia eiꝰ. Cōfitemini
deo deoꝝ: qm̄. Cōfitemi dño dñoꝝ: qm̄ Qui
facit mirabilia magna ſolus: qm̄. Qui fecit
celos in intellectu: qm̄ i. Qui firmauit terrā
ſup aq̄s: qm̄. Qui fecit luminaria magna:
Solē in poteſtatē diei: qm̄. Lunā et ſtellas
in poteſtatē noctis: qm̄. Qui ꝑcuſſit egyptū
cū primogenitis eoꝝ: qm̄. Qui eduxit iſrael
de medio eoꝝ: qm̄ in e. In manu potēti ꝛ bra-
chio excelſo: qm̄. Qui diuiſit mare rubrū in
diuiſiones: qm̄. Et eduxit iſrael ꝑ mediū eiꝰ:
qm̄. Et excuſſit pharaonē et virtutē eius in
mari rubro: qm̄. Qui traduxit populuꝫ ſuū

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00244

p deſertū: qm̄. Qui pcuſſit reges magnos:
qm̄. Et occidit reges fortes: qm̄. Seon regē
amorreorꝝ: qm̄. Et og regē baſan: qm̄. Et
dedit terrā eorꝝ hereditatē: qm̄. Hereditatē
iſrael ſeruo ſuo: qm̄. Quia in humilitate no
ſtra memor fuit noſtri: qm̄. Et redemit nos
ab inimicis noſtris: qm̄. Qui dat eſcā omni
carni: qm̄. Confitemini deo celi: qm̄. Confi-
temini dn̄o domi-
norꝝ: qm̄ in eternū



miſcdia eius. an̄. Quoniam in eternū miſeri





cordia eius. an̄. Hymnū cātate nobis. Euouae.
Super flumina babilonis Ps̄. cxxxvj.
Illic ſedimus ꝛ fleuimus: dū recordare-
mur tui ſyon. In ſalicib⁹ in medio ei⁹: ſuſpē-
dimus organa noſtra Quia illic interroga
uerūt nos qui captiuos duxerūt nos: verba
cantionū. Et q̄ abduxerūt nos: hymnū can
tate nobis de canticis ſyon Quomō canta-
bimus canticū dn̄i: in terra aliena. Si obli-
tus fuero tui ieruſalem: obliuioni det̄ dextera
mea. Adhereat lingua mea faucib⁹ meis:

ſi nō meminero tui. Si nō ꝓpoſuero ieruſalē:
in principio leticie mee. Memor eſto dñe filio
rū edom: in die ieruſalē. Qui dicūt exinani
te: exinanite uſq ad fundamētū in ea. Filia
babilonis miſera: beatus q̄ retribuet tibi re-
tributionē tuā quā retribuiſti nob. Beatus
q̄ tenebit: ⁊ allidet puulos ſuos ad petrā. Añ



Hymnum cantate nobis de can ticis ſyon.

Tēpore paſcali. Aña.



Alle luia allelu ia alleluia. hymn⁹.

Magne deus potētie q̄ ex aq̄s ortū gen⁹
partim remittis gurgiti ptim leuas in aera.
Dimerſa limphis iprimens ſubuecta celis
irrogās: ut ſtirpe una ꝓdita diuerſa rapiant
loca. Largire cūctis ſeruulis q̄s mūdat un
da ſanguis: neſcire lapſus criminū: nec ferre
mortis tediū. Ut culpa nullū deprimat: nul-

lum leuet iactãtia eliſa mẽs ne cõcidat: elata mẽs ne corruat. Or̃a pr̃. ℣. Dirigat͛ dñe. vt̃s ſo. c. Ad magnifi. Añ. F Ac deus potentiam in brachio tuo diſper de ſuperbos et exalta humiles.

¶ Feria Sexta ad vs̃. Añ.  J N conſpectu. Euouae. Tẽpore paſcali: Añ.  A Lleluia. Euouae.

C On ps̃. cxxxvij. Confitebor tibi dñe i toto corde meo: qm̃ audiſti ꝟba oris mei. In ↄſpectu angelorum pſallã tibi: adorabo ad tẽplũ ſctm̃ tuũ ꝛ cõfitebor noĩ tuo. Sup miſcd͛ia tua et veritate tua: qm̃ magnificaſti ſup oẽ nomen ſctm̃ tuũ In q̃cunqꝫ die inuocauero te exaudi me: multiplicabis ĩ aĩa mea virtutẽ. Cõfiteant͛ tibi dñe oẽs reges terre: q꜡ audierũt oĩa ꝟba oris tui. Et cãtent in vijs dñi: qm̃ magna ẽ glĩa dñi. Qm̃ excelſus dñs ꝛ hũilia reſpicit: et alta a lõge cognoſcit. Si ambulauero ĩ medio tribulacõis viuificab͛ me: ꝛ ſup irã inimicoꝝ

meoꝝ extēdiſti manū tuā: ⁊ ſaluū me fecit dextera tua. Dn̄s retribuet pro me. dn̄e miſ̄ðia tua in ſeculuꝫ: opa manuū tuaꝝ ne deſpicias.



In cōſpectu



angeloꝝ pſallā tibi deus me⁹. Domine. Euoae.

Domie pbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meā Intellexiſti cogitatiōes meas de lōge: ſemitā meā ⁊ funiculū meū inueſtigaſti Et oēs vias meas preuidiſti: q2 nō eſt ſmo in lingua mea. Ecce dn̄e tu cognouiſti oīa nouiſſima ⁊ antiq̄: tu formaſti me ⁊ poſuiſti ſup me manū tuā. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: ꝯfortata ē ⁊ nō potero ad eā. Quo ibo a ſpū tuo: ⁊ q̊ a facie tua fugiā. Si aſcēdero in celū tu illic es: ſi deſcendero in infernū ades Si ſumpſero pēnas meas diluculo: et habitauero in extremis mariſ. Etenim illuc man⁹ tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Et dixi forſitā tenebre ꝯculcabūt me: ⁊ nox illumiatio mea i delicijs meis: Quia tenebre nō obſcurabunt a te: et nox ſicut dies illumi

nabit: sicut tenebre eius ita ⁊ lumē ei⁹. Quia
tu poſſediſti renes meos: suſcepiſti me de ute
ro matris mee. Confitebor tibi qꝛ terribiliter
magnificat⁹ es: mirabilia opa tua ⁊ aīa mea
cognoſcet nimis. Nō eſt occultatū os meū a
te qđ feciſti in occulto: ⁊ ſubſtātia mea in infe
riorib⁹ terre. Impfectū meū viderūt ocli tui:
et in libro tuo oēs ſcribent: dies formabunt ⁊
nemo ī eis. Mihi aūt nimis honorificati ſūt
amici tui deus: nimis ꝯfortatus eſt principa
tus eoꝝ. Dinumerabo eos ⁊ ſup harenam
multiplicabunt: exurrexi et adhuc ſum tecū.
Si occiderꝭ deus pctōres: viri ſanguinū decli
nate a me. Quia dicitis in cogitatione: acci
pient in vanitate ciuitates ſuas. Nōne qui
oderūt te dñe oderā: ⁊ ſup inimicos tuos tabe
ſcebā. Perfecto odio oderā illos: inimici fac
ti ſunt mihi. Proba me deus ⁊ ſcito cor meū:
interroga me ⁊ cognoſce ſemitas
meas. Et vide ſi via iniqtatis in
me eſt: ⁊ deduc me ī via eterna. añ.



Domine



probaſti me ⁊ cognouiſti me. ā. Viro iniquo

ERipe me dñe ab Pš. cxxxix. 
hoīe malo: a viro iniquo eri-
pe me Qui cogitauerūt iniq̄tates (Euouae.
ī corde: tota die ꝯſtituebāt prelia. Acuerūt lin
guas ſuas ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub
labijs eoꝝ. Cuſtodi me de manu pctōris: et
ab hoībus iniquis eripe me Qui cogitauerūt
ſupplantare greſſus meos: abſconderūt ſup
bi laqueū mihi Et funes extenderūt i laqueū:
iuxta iter ſcandalū poſuerūt mihi Dixi dño
deus meus es tu: exaudi dñe vocē depcatiōis
mee. Dñe dñe virtus ſalutis mee: obumbra
ſti ſup caput meū in die belli. Nō tradas me
dñe a deſiderio meo peccatori: cogitauerūt cō
tra me ne derelinquas me: ne forte exaltētur.
Caput circuitus eoꝝ: labor labiorū ipſorū
operiet eos. Cadent ſup eos carbones: in ig
nē deijcies eos in miſerijs nō ſubſiſtent. Vir
linguoſus nō dirigetur in terra: virū iniuſtum
mala capient in interitu. Cognoui quia fa-
ciet dñs iudiciū inopis: et vindictā pauperū.
Verūtamen iuſti ꝯfitebūtur
nōi tuo: et habitabunt
recti cū vultu tuo. Añ A 
Viro iniquo libera



me domine. Añ. Domine clamaui. E u o u a e.

Domine clamaui ad te exaudi Ps. cxl. me: intende voci mee cũ clamauero ad te: Dirigatᷣ orõ mea ſicut incenſum in ꝯſpectu tuo: eleuatio manuũ meaꝝ ſacrificiũ veſpti-nũ. Pone dñe cuſtodiã ori meo: ⁊ oſtiũ circũ-ſtantie labijs meis. Non declines cor meũ in verba malitie: ad excuſandas excuſatiões in peccatis. Cũ hoibus operãtibus iniqtatẽ: et nõ cõmunicabo cũ electis eoꝝ. Corripiet me iuſtus in miſcdia ⁊ increpabit me: oleum aũt pctõris nõ impinguet caput meũ. Quõ adhuc ⁊ orõ mea in bñplacitis eoꝝ: abſorpti ſunt iuncti petre iudices eoꝝ. Audient ṽba mea qm potuerũt: ſicut craſſitudo terre erup ta eſt ſup terrã. Diſſipata ſũt oſſa nr̃a ſecus infernũ: qꝛ ad te dñe dñe ocli mei: i te ſperaui nõ auferas aiaꝫ meã. Cuſtodi me a laqueo quẽ ſtatuerũt mihi: ⁊ a ſcãdalis operantiũ ini quitatẽ. Cadẽt in retiacu-lo eius pctõres: ſinglariter ſum ego donec tranſeã. Añ.



Domine clama

# Feria Sexta



ui ad te exaudi me. Añ. P ortio mea. Euouae.

V Oce mea ad dñm clamaui: vo Ps. cxlj
ce mea ad dñm depcatus ſum. E ffun
do in ꝯſpectu eius orationē meā: ⁊ tribulatio
nē meā ante ipſum pnūcio. I n deficiendo ex
me ſpm̄ meū: ⁊ tu cognouiſti ſemitas meas.
I n via hac q̄ ambulabā: abſcōderūt laqueū
mihi. C ōſiderabā ad dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō
erat q̄ cognoſceret me. P eriit fuga a me: ⁊ nō
eſt q̄ requirat animā meā. C lamaui ad te
dñe: dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra
viuentiū. I ntende ad depcationē meā: q: hu
miliatus ſum nimis. L ibera me a pſequēti
bus me: q: ꝯfortati ſunt ſup me. E duc de cu
ſtodia animā meā: ad ꝯfitendū nomini tuo:
me expectāt iuſti donec retribuas mihi. Añ.



P ortio mea domine ſit in terra viuentium.

Tēpore paſcali: Aña.



A lleluia: alle luia alleluia. hymn9

P Laſmator hoīs deus q̄ cūcta ſolus ordi-
nās humū iubes ꝓducere reptātis et fere ge
nus. (homini. Qui magna rerꝫ corꝑa dictu iubētis vi
uida ut ſeruiant ꝑ ordinē ſubdēs dediſti
Repelle a ſeruis tuis quicq̄d
ꝑ immūdiciā: aut moribus ſe ſuggerit aut ac
tibus ſe interſerit. Da gaudiorꝫ premia: da
gratiarꝫ munera diſſolue litis vincula: aſtri-
ge pacis federa. Preſta pr̄ piiſſi. ℣. Diriga
tur dn̄e. vl̄s folio. cv. Ad magni. An̄. D Epoſuit potentes ſanctos perſe
quētes et exaltauit humiles xp̄m confitētes. Euouae

¶ Sabbato ad veſperas Antiphona B Enedictus. Euouae. Tēpe paſca. An̄a.
Bene dictus dn̄s de' meus: q̄ docet Pſ. cxliij A Lleluia. Euouae.

manꝰ meas ad prelīū: ⁊ digitos meos ad bel
lum. Miſcđia mea et refugiū meū: ſuſceptoꝛ
meus ⁊ liberatoꝛ meus. Protectoꝛ meus ⁊ in
ipſo ſperaui: q̇ ſubdit populum meū ſub me.
Dn̄e q̇d eſt hō q2 inotuiſti ei: aut filius hoīs
q2 reputas eū. Homo vanitati ſilis factus ē:
dies eiꝰ ſicut umbra pretereūt. Dn̄e inclina
celos tuos ⁊ deſcende: tange mōtes ⁊ fumiga-
būt. Fulgura choruſcationem ⁊ diſſipabis
eos: emitte ſagittas tuas ⁊ cōturbabis eos.
Emitte manū tuā de alto: eripe me ⁊ libera
me de aq̄s multis: ⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ.
Quoꝝ os locutū eſt vanitatē: ⁊ dextera eoꝝ
dextera iniq̄tatis. Deus cāticū nouū canta
bo tibi: i pſalterio decacordo pſallā tibi. Qui
das ſalutē regibus: q̇ redemiſti dauid ſeruū
tuū: de gladio maligno eripe me. Erue me
de manu filioꝝ alienoꝝ: q̊ꝝ os locutū eſt va-
nitatē: ⁊ dextera eoꝝ dextera iniq̄tat3. Quo-
rū filij ſicut nouelle plantationes: a iuuētute
ſua. Filie eoꝝ cōpoſite: circūoꝛnate vt ſimili-
tudo tēpli. Promptuaria eoꝝ plena: eructātia
ex h̊ in illud. Oues eoꝝ fetoſe abundātes in
egreſſibꝰ ſuis: boues eoꝝ craſſe. Non eſt rui

na macerie neqꝫ transitus: neqꝫ clamor in pla
teis eoꝝ. Beatū dixerūt popu
lum cui hec sūt: beatus popu
lus cuius dn̄s deus eius. An̄.



Benedictus



dominus deus meus. An̄. Per singulos dies.

Exaltabo te deus me Ps̄. cxliiij.



us rex: et benedicā noī tuo in se-
culū ⁊ in seculū seculi. Per singulos (Euouae
dies bn̄dicā tibi: et laudabo nomē tuū in secu
lū ⁊ in seculū seculi. Magnꝰ dn̄s ⁊ laudabilis
nimis: ⁊ magnitudīs eius non est finis. Ge
neratio ⁊ gn̄atio laudabit opa tua: et potētiā
tuā pnunciabūt. Magnificentiā glie sancti-
tatis tue loquent: ⁊ mirabilia tua narrabūt.
Et ꝟtutē terribiliū tuoꝝ dicēt: ⁊ magnitudi-
nē tuā narrabūt. Memoriā abundātie sua-
uitat tue eructabūt: ⁊ iusticia tua exultabūt.
Miserator ⁊ misericors dn̄s: patiēs et multū
misericors. Suauis dn̄s uniuersis: et mise-
ratiōes eius sup oīa opa eius. Cōfiteant ti
bi dn̄e oīa opa tua: ⁊ sancti tui benedicāt tibi.
Gloriā regni tui dicēt: ⁊ potētiā tuā loquent

Ut notā faciāt filijs hoīm potētiā tuā: ⁊ glo
riā magnificentie regni tui. Regnū tuū reg
nū oīm ſeculoꝝ: et dn̄atio tua in oīni generati
one ⁊ gn̄ationē. Fidelis dn̄s in oībus verbiſ
ſuis: ⁊ ſctūs in oībus operib⁹ ſuis. Alleuat
dn̄s oēs q̄ corruūt: ⁊ erigit oēs eliſos. Ocu
li omniū in te ſperāt dn̄e: ⁊ tu das eſcā illoꝝ in
tpe oportuno. Aperis tu manū tuā: ⁊ imples
oēe aīal benedictiōe. Iuſtus dn̄s in omni
bus vijs ſuis: ⁊ ſanctus in oībus operib⁹ ſu
is. Prope eſt dn̄s oībus inuocātibus eū:
oībus inuocātibus eū in veritate. Volun
tatē timentiū ſe faciet: ⁊ dep̄catione eoꝝ exau
diet: ⁊ ſaluos faciet eos. Cuſtodit dn̄s oēs
diligentes ſe: ⁊ oēs pctōres diſperdet. Lau
dationē dn̄i loquet os meū:
et benedicat oīs caro noī ſctō
ei⁹: in ſeculū ⁊ in ſclm ſcli. añ



Per ſingulos



dies benedicā te domie. ā. Laudabo. Euouae.

Lauda aīa mea dn̄m: laudabo ps. cxlv
dn̄m in vita mea: pſallā deo meo q̄diu
fuero. Nolite ꝯfidere in p̄cipib⁹: in filijs ho

minū in q̄bus nō eſt ſalus. Exibit ſpūs ei⁹
et reuertet̄ in terrā ſuā: in illa die peribūt oēs
cogitatiōes eoꝝ. Beatus cuius deus iacob
adiutor eius: ſpes eius in dn̄o deo ipſius q̄ fe
cit celū ꝛ terrā: mare ꝛ oīa q̄ in eis ſunt. Qui
cuſtodit veritatē in ſeculū: facit iudiciū iniuri
am patientib⁹: dat eſcā eſurientib⁹. Dn̄s ſol
uit cōpeditos: dn̄s illuminat cecos. Dn̄s eri
git eliſos: dn̄s diligit iuſtos. Dn̄s cuſtodit
aduenas: pupillum ꝛ viduā ſuſcipiet: ꝛ vias
peccatoꝝ diſperdet. Regnabit dn̄s in ſecl'a:
deus tuus ſyon: in gn̄atione ꝛ gn̄ationē. An



Lauda bo deū meū in vita mea. Deo nr̄o.
Laudate dn̄m qm̄ Ps. cxlvj.



bonus ē pſalmus: deo nr̄o ſit
iucunda decoraq̄z laudatio. Edifi( Euouae.
cās ieruſalē dn̄s: diſperſiones iſraelis cōgre
gabit. Qui ſanat cōtritos corde: ꝛ alligat cō
tritiōes eoꝝ. Qui numerat multitudinē ſtel
laꝝ: et omibus eis nomia vocās. Magnus
dn̄s nr̄ et magna virtus eius: ꝛ ſapiētie eius
nō eſt numerus. Suſcipiēs mā ſuetos dn̄s:

humilians aūt pctōꝛes vſqꝫ ad terrā. Precinite dn̄o in ꝯfeſſione: pſallite deo nr̄o in cythara. Qui operit celū nubib⁹: ⁊ parat terre pluuiā. Qui pducit in montibus fenū: ⁊ herbā ſeruituti hoīm. Qui dat iumentis eſcā ipſorū: et pullis coruoꝝ inuocātibus eū. Non in fortitudine equi voluntatē habebit: neqꝫ in tibijs viri beneplacitū erit ei. Beneplacitū eſt dn̄o ſup timentes eū: et in eis qui ſperant ſup miſericordia ei⁹. añ.



Deo noſtro iucunda ſit laudatio. Añ.

Lauda ie Ps. cxlvij

ruſalē dn̄m: lauda



Lauda. Euouae.

deū tuū ſyon. Qm̄ cōfortauit ſeras portaꝝ tuaꝝ: benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumēti ſaciat te. Qui emittit eloquiū ſuum terre: velociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanā: nebulam ſicut cinerē ſpargit. Mittit criſtallū ſuā ſicut bucellas: ante faciē frigoris eius qs ſuſtinebit. Emittet verbū ſuū ⁊ liquefaciet ea: flauit ſpūs eius et fluent aque. Qui annūciat verbū ſuū iacob: iuſtici

as ⁊ iudicia ſua iſrl. Nō fecit taliter omī na-
tioni: ⁊ iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Añ



Lauda hieruſalem dominum.

Tēpe paſca. Aña.



Alleluia: allelu ia alle luia. hymn⁹



O Lux beata trinitas: ⁊ principalis



unitas: iam ſol recedit igneus infunde lumē



Te mane laudū carmine: te dep̄ce
mur veſperi: te nr̄a ſupplex glīa: p̄
cordibus. (cūcta laudet ſecula. Deo patri ſit
gloria: eiuſq₃ ſoli filio cum ſpiritu paraclito: ⁊
nūc ⁊ in ppetuū. Amē. ℣. Veſptina orō aſcē
dat ad te dn̄e. ℟. Et deſcēdat ſup nos miſc̄dia
tua. Preſcriptus ymnus ⁊ ꝟſiculus dicunt
ab octa. epiphie uſq₃ ad ſabbatū q̄dragesime
diebus ſabbatinis tātū. et
ab octa. penthe. uſq₃ ad ad
uentū. Ad magnifi. Añ.



Suſcepit de us



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00259

iſrahel puerum ſuum: ſicut locutus eſt ad abꝛaam ꝛ

ſemen eius: exaltare humiles uſqꝫ in ſeculum.

Et dicit̃ a ſabbato poſt oct. epiphanie uſqꝫ ad ſabbatū ſeptuageſime.

Euouae. ¶ Deinde fiūt ſuffragia de apl'is. ꝛc.

¶ Ad ꝯpleto. Iube dn̄e bn̄dicere. Noctem quietā ꝛ finē pfectū ꝯcedat nobis dn̄s omps.

Frēs. Sobrij eſtote ꝛ vigilate: qꝛ Lectō. aduerſarius vr̄ dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit: querēs quē deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Tu aūt dn̄e: miſerere nobis. ℞. Amen. Adiutoriū nr̄m in noīe dn̄i. ℞. Qui fecit celum ꝛ terrā. Pr̄ nr̄. ſecreto. Confeſſio.

Confiteoꝛ deo oīpotenti: ꝛ btē marie virgini: btō frāciſco ꝛ oībus ſanctis: ꝛ tibi pr̄ me grauiter peccaſſe p ſuperbiā in legē dei mei: cogitatiōe delectatiōe: omiſſione ꝯſenſu ꝟbo ꝛ opere mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa. Ideo pcoꝛ beatiſſimā ꝛ glorioſaꝫ virginē mariā. ꝛ beatū franciſcū: ꝛ oēs ſctōs

⁊ ſanctas dei ⁊ te pater orare ꝓ me. Miſereať tui oꝑs deus ⁊ dimiſſis om̃ibus pctis tuis ꝑducat te in vitã eternã. ℟. Amen. Indulgẽtiam ⁊ abſolutionẽ oĩm pctõꝝ noſtroꝝ: tribuat nobis oꝑs dñs. ℟. Amẽ. Conuerte nos deus ſalutaris nr̃. ℟. Et auerte irã tuã a nob. Deus in adiutoriũ meũ intende. ℟. Dñe ad adiuuandũ me feſtina. Glia. Ad Cõpl. Añ.



Miſerere. Euouae. Tẽpe paſca. Aña. Alleluia.

Cum inuocarẽ exaudiuit me de᷒ iuſticie mee: Pſ. iiij. in tribulatiõe dilataſti mi (Euouae. hi. Miſerere mei: ⁊ exaudi orationẽ meã. Filij hominũ uſqꝫquo graui corde: ut quid diligitis vanitatẽ et queritis mẽdaciũ. Et ſcito te qm̃ mirificauit dñs ſctm̃ ſuũ: dñs exaudiet me cũ clamauero ad eũ. Iraſcimini et nolite peccare: q̃ dicitis in cordib᷒ veſtris ⁊ in cubilibus veſtris cõpungimini. Sacrificate ſacrificiũ iuſticie: et ſperate in dño: multi dicũt q̇s oſtendit nob bona. Signatũ eſt ſup nos lumẽ vultus tui dñe: dediſti leticiã in corde meo.

A fructu frumēti: vini ⁊ olei ſui multiplicati
ſunt. In pace in idipſuz: dormiã ⁊ requieſcã.
Qm̄ tu dn̄e ſingulariter in ſpe: ꝯſtituiſti me
In te dn̄e ſperaui nō ꝯfundar i Pſ.xxx
eternū: in iuſticia tua liba me Inclina
ad me aurē tuã: accelera vt eruas me. Eſto
mihi in deū ꝓtectorē: et in domū refugij: vt ſal
uū me facias. Qm̄ fortitudo mea et refugiū
meū es tu: ⁊ ꝓpter nomē tuū deduces me ⁊ enu
tries me. Educes me de laqueo quē abſcōde
rūt mihi: qm̄ tu es ꝓtector meꝰ. In manꝰ tu-
as cōmendo ſpiritū meū: redemiſti me dn̄e de
Qui habitat in ad Pſ.xc. us veritatis
iutorio altiſſimi: in ꝓtectiōe celi cōmo-
rabit. Dicet dn̄o ſuſceptor meus es tu: ⁊ refu
giū meū deꝰ meus ſperabo in eū. Qm̄ ipſe li
berauit me de laqueo venantiū: ⁊ a v̄bo aſpe
ro. Scapulis ſuis obūbrabit tibi: ⁊ ſub pen-
nis eiꝰ ſperabis. Scuto circūdabit te veritas
eiꝰ: nō timebis a timore nocturno. A ſagit-
ta volãte in die: a negotio ꝑambulãte in tene
bris: ab icurſu ⁊ demonio meridiano. Cadēt
a latere tuo mille: et decē milia a dextris tuis:
ad te aūt nō appropinquabit. Verū oculis

tuis ꝯſiderabis: ⁊ retributionē pctõꝝ videbis
Qm̃ tu es dñe ſpes mea: altiſſimũ poſuiſti
refugiũ tuũ. Nõ accedet ad te malũ: ⁊ flagel-
lum nõ appropinq̄bit tabernaculo tuo Qm̃
angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te
in oĩbus vijs tuis. In manib⁹ portabũt te:
ne forte offendas ad lapidē pedē tuũ Super
aſpidē ⁊ baſiliſcũ ambulabis: ⁊ cõculcabis le
onē et draconē. Qm̃ in me ſperauit liberabo
eũ: protegā eũ qm̃ cognouit nomē meũ Cla
mauit ad me ⁊ ego exaudiā eum: cũ ipſo ſum
in tribulatiõe: eripiā eũ ⁊ glorificabo eũ Lõ
gitudine dieꝝ replebo eum: ⁊ oſtendā illi ſalu
Ecce nũc bñdicite Ps. cxxxiij. tare meũ.
dñm: oẽs ſerui dñi. Qui ſtatis in domo
dñi: in atrijs domus dei nr̃i. In noctib⁹ extol
lite manus vr̃as in ſctā: et bñdicite dño. Be
nedicat te dñs ex ſyon: q̄ fecit celũ ⁊ terrā. Añ.



Miſerere mihi domīe et exaudi oratio nē meā

Tpe paſ. Añ.



Alleluia alleluia alle luia alle luia. viij.



TE lucis ante terminū rerū creator poſci-



mus ut ſolita clemētia ſis preſul ad cuſtodiā. Procul recedant ſomnia: et noctiū fantaſmata: hoſtemqꝫ noſtrū cōprime: ne polluant corpora. Preſta pr̄ omps per ieſum xp̄m dn̄m: q̄ tecū imppetuū: regnat cū ſancto ſpiritu. amē

¶ In diebus ferialibus hymnus. Te lucis ante terminū. q̄re in fine hymnarij. Rn̄. br̄.



In manus tuas domie. Cōmendo ſpiritū meū.



℣. Redemiſti nos domine deus veritatis. Cōmen.



℣. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. In man⁹.

℣. Cuſtodi nos dn̄e ut pupillam oculi. ℟. Sub umbra alaꝝ tuaꝝ protege nos. Añ.



Salua nos.

NUnc dimit̄ Cāticū ſymeōis.

tis ſeruū tuū dn̄e: ſcd̄m vbū
tuū in pace. Quia viderūt ocli mei: ( Euouae.
ſalutare tuū. Quod paraſti: ante faciē oīm
poploꝝ. Lumē ad reuelationē gentiū: ⁊ glo
riā plebis

tue iſrael.
Antiph. Salua nos domie vigilantes: cuſto

di nos dormiētes: vt vigilemus cū chriſto et requieſca

Tp̄e paſca. in fine añe Salua nos et ꝟſicli Cuſtodi nos addit allia.
mus in pace. In R̄io autē breui duplicat allia.
hoc mō: In manus tuas dn̄e cōmendo ſpiritū me-
um: Allia allia. ℣. Redemiſti nos dn̄e deus veritatis
Allia allia. ℣. Gloria pr̄i. Kyrieleyſon. Xp̄e
leyſon. kyrieleyſon. Pater noſter q̄ es ī celis
ſanctificet̄ nomē tuū: adueniat regnū tuū Fi
at volūtas tua ſicut ī celo ⁊ ī terra. Panē no-
ſtrū q̄tidianū da nob̄ hodie: et dimitte nob̄ de
bita nr̄a ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus
nr̄is: Et ne nos inducas ī tentationē. ſed libe
ra nos a malo. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.

ſub ſilentio. Credo in deū patrē omīpotentē creatorē celi ⁊ terre. Et in ihesum xp̄m filiū eiꝰ unicū dn̄m noſtꝝ. Qui ꝯceptus eſt de ſpiritu ſctō. Natus ex maria virgīe Paſſus ſub pōtio pylato. Crucifixus mortuus ⁊ ſepultus: Deſcendit ad inferna Tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcēdit ad celos ſedet ad dexterā dei patris omīpotentis: inde vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpiritū ſanctū: ſanctā eccleſiā catholicā: ſanctoꝝ cōmunionē Remiſſionē pctōꝝ. Carnis reſurrectionē Et vitā eternā Amē. ℣. Carnis reſurrectionē. ℟. Et vitā eternā amē. Bn̄dictus es dn̄e deꝰ patrū noſtroꝝ. Et laudabilis ⁊ glīoſus in ſecula. Bn̄dicamus patrē ⁊ filiū cū ſctō ſpiritu Laudemus ⁊ ſuperexaltemus eū in ſecl'a. Benedictus es dn̄e in firmamēto celi. Et laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecl'a. Benedicat ⁊ cuſtodiat nos oṗs ⁊ miſericors dn̄s Amē. Dignare dn̄e nocte iſta Sine peccato nos cuſtodire. Miſerere nr̄i dn̄e. Miſerere noſtri. Fiat miſcd̄ia tua dn̄e ſup nos. Quēadmodū ſperauimus i te. Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s

vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.
Viſita quesumus domine habitationem iſtam: et omnes inſidias inimici ab ea longe repelle: et angeli tui ſancti habitent in ea: qui nos in pace cuſtodiant: et benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per dominum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Benedicamus domino. Deo gratias. Benedictio.
Benedicat et cuſtodiat nos omnipotens dominus: pater et filius et ſpiritus ſanctus. Amen. Letania.

Kyrieleyſon.
Chriſteleyſon.
Chriſte audi nos
Chriſte exaudi nos.
Pater de celis deus: Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi deus: Miſerere nobis
Spiritus ſancte deus Miſerere nobis.
Sancta maria ora pro.
Sancta dei genitrix: o.
Sancta virgo virginum Ora pro nobis
Sancte michael. ora pro.
Sancte gabriel: ora pro:
Sancte raphael: ora.
Omnes ſancti angeli et archangeli: orate pro n.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines: Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptiſta: Ora pro nobis
Omnes ſancti patriarche et prophete: orate.
Sancte petre ora pro no.
Sancte paule: ora pro n.
Sancte andrea: ora pro.
Sancte iacobe: ora pro.

Sctē iohānes: ora.
Sācte thoma ora.
Sācte iacobe: ora p̄.
Sācte philippe: ora.
Sctē bartholomee:
Ora pro nobis
Sācte mathee: ora.
Sācte symon: ora.
Sācte thatee: ora p̄.
Sācte mathia: ora.
Sācte barnaba: ora
Sācte luca: ora pro.
Sācte marce: ora p̄.
Omēs sācti apostoli et euāgeliste. orate.
Omēs sancti discipuli dn̄i: orate p̄ nobis.
Oēs scti innocētes:
Orate pro nobis.
Sācte stephane: ora
Sctē laurenti: ora.
Sācte vincenti: ora.
Sācte fabiane: ora.
Sctē sebastiane: ora

Scti iohānes et paule: Orate pro nobis
Sācti cosma et damiane: orate pro nobis
Sācti geruasi et prothasi: orate pro nobis
Sācte otto cū socijs tuis: orate pro nobis
Oēs scti martyres.
Orate pro nobis.
Sctē siluester: ora p̄.
Sācte gregori: ora.
Sācte martine: ora
Sctē augustine: ora.
Sctē ambrosi: ora.
Sctē hieronime: ora.
Sācte [illegible]: ora.
Sctē ludowice: ora.
Sctē bonauentura
Ora pro nobis.
Omēs sancti pōtifices et ꝯfessores: orate
Omēs sancti doctores: orate pro nobis.

Sctē benedicte: ora.
Sctē franciſce ora p.
Sctē anthoni: ora p
Sctē bernhardine: o.
Sctē dominice: ora.
Sctē bernharde: oꝛ
Om̄es ſcti monachi
et heremite: orate p n.
Oēs ſcti ſacerdotes
et leuite: orate p nob.
Scā maria magda-
lena: Ora pro nobis.
Sctā agnes: ora p.
Sctā lucia: ora p n.
Sctā cecilia: oꝛ pro.
Sctā agatha: ora p.
Sctā katherina: oꝛ
Sācta clara: oꝛ pro.
Sctā elyſabeth: ora.
Om̄es ſctē virgines
et vidue: orate pro no.
Oēs ſancti ⁊ ſctē dei.
intercedite pro nobis
Propicius eſto: par
ce nobis domine.
Propicius eſto. Ex-
audi nos domine.
Ab om̄i malo: Libe-
ra nos domine.
Ab om̄i pctō. libera.
Ab ira tua. Libera.
A ſubitanea et impro-
uiſa morte. Libera n.
Ab inſidijs dyaboli
Libera nos domine.
Ab ira ⁊ odio et om̄i
mala voluntate: Li.
A ſpiritu fornicatio-
nis: Libera nos do.
A fulgure ⁊ tēpeſta-
te: Libera nos dn̄e.
A morte ppetua: Li.
Per myſteriū ſctē in
carnatiōis tue: Libe.
Per aduentū tuū: li.
Per natiuitatē tuā:
Libera nos domine.
Per baptiſmū ⁊ ſan

ctũ ieiuniũ tuũ. Libe.
Per crucem ꝛ paſſio
nem tuã. libera nos.
Per mortẽ ꝛ ſepultu
rã tuã. libera nos do.
Per ſanctã reſurrec
tionẽ tuã. libera nos.
Per admirabilez aſ-
cenſionẽ tuã. libera.
Per aduentũ ſpirit'
ſcti paracliti. libera.
In die iudicij. libera
Peccatores: Te ro-
gamus audi nos.
Ut nobis parcas.
Te rogam' audi nos
Ut nobis idulgeas:
Te rogam' audi nos
Ut ad verã peniten-
tiã nos perducere dig
neris. Te rogamus.
Ut dñm apoſtolicũ ꝛ
oẽs eccleſiaſticos ordi
nes in ſctã religiõe cõ
ſeruare digner'. Te.
Ut inimicos ſãcte ec
cleſie hũiliare digner'
Te rogam' audi nos
Ut regib' ꝛ principi
bus xpianis pacez et
verã cõcordiã donare
digner'. Te rogam'.
Ut cuncto ꝑplo xpia
no pacẽ ꝛ unitatẽ lar-
gire digneris: Te ro.
Ut noſmetipſos in
tuo ſctõ ſeruitio cõfor
tare ꝛ ꝯſeruare digne
ris. Te rogam' audi.
Ut mentes noſtras
ad celeſtia deſideria eri
gas. Te rogam' au.
Ut oĩbus bñfactori-
bus nr̃is ſempiterna
bona retribuas. Te.
Ut aĩas nr̃as fra-
trũ ꝓpinquoꝝ et bene
factorũ nr̃oꝝ ab eter-

na damnatiõe eripi-
as Te rogamus au.
Ut fructus terre da-
re ⁊ conſeruare digne
ris. Te rogamus a.
Ut oibus fidelibus
defunctis requiẽ eter
nã donare digneris.
Te rogam⁹ audi noſ
Ut nos exaudire di
gneris. Te rogam⁹.
Filii dei. Te rogam⁹
Agnus dei q̇ tollis
pctã mũdi. Parce no
bis dñe. Agnus dei
qui tollis pctã mũdi:
Exaudi nos domine.
Agnus dei q̇ tollis
peccata mundi. Miſe
rere nobis. Xp̃e audi
nos Xp̃e exaudi nos
Kyrieleyſon. Xp̃elei
ſon. kyrieleyſon. Paẽ
nr̃. Secreto. Et ne
nos inducas in tenta
tionẽ. Sed libera noſ
a malo. ps. Deus in
adiutoriũ meũ. totũ.
fol. lviij. cũ Glia pr̃i.
⁊ Sicut erat in pri. ℣.
Saluos fac ſeruos
tuos ⁊ ancillas tuas
℟. Deus meus ſperã
tes in te. Eſto nobis
dñe turris fortitudis
℟. A facie inimici. ℣.
Nihil pficiat inimi-
cus in nobis. ℟. Et fi
lius iniq̇tatis nõ ap-
ponat nocere nobis.
Dñe non ſcdm pctã
noſtra facias nobis.
℟. Neq ſcdm iniq̇ta-
teſ nr̃as retribuaſ no
bis. Oremus p mi-
niſtro noſtro ℟ Dñs
cõſeruet eũ ⁊ viuificet
eũ ⁊ beatũ faciat eum

in terra: ⁊ non tradat
eū in animā inimico-
rū eius. Oremus: ꝑ
benefactorib⁹ nr̄is. ℟
Retribuere dignare
dn̄e oībus nobis bo-
na facientib⁹ ꝓpter no
men tuū vitā eternā.
Oremus: ꝑ fidelib⁹
defunctis. ℟. Requiē
eternā dona eis dn̄e: ⁊
lux ꝑpetua luceat eis

Requieſcant in pace
℟. Amē. Pro fratri
bus nr̄is abſentib⁹.
℟ Saluos fac ſeruoſ
tuos deus meus ſpe-
rātes in te. Mitte eis
dn̄e auxiliū de ſctō. ℟
Et de ſyon tuere eos:
Dn̄e exaudi oratio-
nē meā. ℟. Et clamor
meus ad te veniat. ℣.
Dn̄s voƀ. ℟. Et cū.

Oro.
Deus cui propriū eſt miſereri ſem
per ⁊ parcere: ſuſcipe deprecationem no
ſtrā: ⁊ quos delictoꝝ cathena conſtringit: mi-
ſeratio tue pietatis abſoluat. Per dn̄. Oratio
Exaudi qs̄ dn̄e ſupplicū preces et con-
fitētium: tibi parce peccatis: vt pariter
nobis indulgētiā tribuas benignus ⁊ pacē.

Oratio.
Ineffabilem nobis dn̄e miſeri
cordiam tuā clementer oſtende. vt ſimul
nos ⁊ a peccatis omnibus exuas: et a penis
quas ꝑ his meremur eripias. Oratio
Deus q̇ culpa offenderis: penitentia pla

taris p̄ces populi tui ſupplicantis: ꝓpitius re
ſpice: ⁊ flagella tue iracūdie que pro peccatis
OMnipo Orõ. ( nr̄is meremur auerte.
tens ſempiterne deus miſerere famulo
tuo miniſtro noſtro: ⁊ dirige eum ſcd̄m tuam
clementiā in viam ſalutis eterne: vt te donan
te tibi placita cupiat: et tota virtute perficiat.
DEus a quo ſctā deſideria recta con Orõ
ſilia et iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis
illam quā mundus dare nō poteſt pacem: vt
et corda noſtra mandatis tuis dedita: et hoſti
um ſublata formidine: tēpora ſint tua ꝓtecti
URe igne ſancti Oratio. one trāquilla.
ſpiritus renes noſtros ⁊ cor noſtrū dn̄e
vt tibi caſto corpore ſeruiamus: ⁊ mundo cor-
FIdelium deus Oratio. de placeamus.
omniū conditor ⁊ redēptor animabus
famulorꝫ famularūqꝫ tuarū: remiſſionē cun-
ctorum tribue peccatorꝫ: vt indulgentiā quā
ſemꝑ optauerūt pijs ſupplicationibus conſe
ACtiones noſtras qs̄ Orõ. quantur.
dn̄e aſpirando preueni: ⁊ adiuuando ꝓ
ſequere: vt cuncta noſtra operatio et oratio a
te ſemper incipiat: et per te cepta finiatur.

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00273

Omnipotens ſempiterne deus: Oratio
qui viuoꝝ dominaris ſimul ⁊ mortuo-
rū omniūq miſereꝛ: quos tuos fide et opere
futuros eſſe prenoſcis: te ſuppliciter exoram⁹
vt pro quibus effundere preces decreuimus:
quoſq vel preſens adhuc ſeculum in carne re
tinet: vel futurū iam exutos corpore ſuſcepit:
intercedētibus omnibus ſanctis tuis pieta-
tis tue clementia omniū delictoꝝ ſuoꝝ veniā
conſequant᷑. Per dn̄m. ℟. Amē. ℣. Dn̄s vo
biſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Exaudiat nos
omnipotens ⁊ miſericors dn̄s. ℟. Amen. ℣.
Et fideliū anie per miſericordiam dei requi
eſcant in pace. ℟. Amen.



Dñica prima aduẽtus dñi ad veſpas hymn⁹





Conditor alme ſyderũ eter-



na lux credentium: chriſte



redemptor omnium: exaudi preces ſupplicũ. Qui condolens interitu mortis perire ſeclm ſaluaſti mundũ languidum: donans reis remedium Uergente mundi veſpere: uti ſponſus de thalamo: egreſſus honeſtiſſima: virginis matris clauſula. Cuius forti potentie: genu curuãtur omnia: celeſtia terreſtria: nutu fatentur ſubdita. Te deprecamur agie: vẽture iudex ſeculi: conſerua nos in tẽpe: hoſtis a telo ꝑfidi. Laus honor vtus glia deo patri ⁊ filio: ſctõ ſiml' paclyto: ⁊ ~~ſempꝰna~~ ſcla. Amẽ [ſeculorum]

Dñicis diebus ꝑ totũ aduẽtũ ad noct. hym.



VErbũ ſupernũ ꝓdiens a p̃re olim exiẽs



qui natus orbi ſubuenis curſu declini tempis
I llumina nūc pectora. tuoqꝫ amore cōcrema
audito ut pconio: ſint pulſa tādē lubrica. Iu
dex qꝫ cū poſt aderis: rimari facta pectoris red
dēs vicē p abditis iuſtiſqꝫ regnū p bōis. N ō
demū artemur malis: p q̄litate criminis: ſed cū
beatis cōpotes: ſim⁹ perennes celibes. L aus



honor. ſ
Ad lau.

V Ox clara ecce intonat obſcura (hymn⁹



quecꝫ increpat: pellant eminus ſomnia ab ve



M ens iā ſurgat torpida
que ſorde extat ſautia: ſy
ethre xp̄s promicat (dus refulget iam nouū
ut tollat omne noxiū. E ſurſum agnus mit-
titur: laxare gratis debitū: oēs pro indulgen
tia: vocē demus cū lachrimis. S ecūdo ut cū
refulſerit: mūdumqꝫ horror cinxerit. non pro
reatu puniat: ſꝫ pius nos tūc ptegat. L aus

In natiuitate dn̄i i vtriſqꝫ vſ. 1 ad nocť. hym̄



CHriſte redemptor omniū: ex patre patrꝫ



unice: ſolus ante principiū: nat⁹ ineffabiliter
Tu lumen tu ſplendor p̄ris: tu ſpes perennis
omniū: intēde quas fundūt p̄ces: tui p orbem
famuli. Memēto ſalutis auctor: q̄ nr̄i quon
dā corporis: ex illibata virgine: naſcēdo formā
ſumpſeris. Sic p̄ſens teſtat̄ dies: currens p
anni circulū. q̄ ſolus a ſede p̄ris: mūdi ſalus
adueneris. Hūc celū terra hūc mare: hūc oē
q̄d in eis eſt. auctorē aduētus tui: laudās ex
ultat cātico. Nos quoq̄ qui ſancto tuo redē
pti ſumus ſanguine: diē natalis tui: hymnū
nouū cōcinim⁹. Glia tibi dn̄e: q̄ natus es de
v̄gie: cū p̄re ⁊ ſctō ſpū: i ſempiťna ſcl'a. ad lau.



A Solis ortus cardine: ⁊ vſq̄ terre limitē



criſtū canam⁹ principē: natum maria v̄gine

Beatus auctor ſeculi ſeruile corpus induit: ut carne carnē liberās ne pderet quos ꝯdidit. Clauſa parētis viſcera: celeſtis intrat grā: venter puelle baiulat ſecreta que nō nouerat Domus pudici pectoris: templum repente fit dei. intacta neſciens virū verbo ꝯcepit filiū ¶ Enixa eſt puerpa: quē gabriel pdixerat. quē matris aluo geſtiens: clauſus ioannes ſenſerat. Feno iacere ptulit: pſepe nō abhorruit. paruoqꝫ lacte paſtus eſt: p quē nec ales eſurit. Gaudet chorus celeſtiū: ⁊ angli canūt deo: palāqꝫ fit paſtoribus: paſtor creator oīm Gloria tibi dñe. In Ephia dñi ad vš ⁊ ad lau.

Hoſtis herodes impie: criſtū venire quid timeſ: non arripit mortali a: qui regna dat Ibant magi quam viderant: ſtellā ſequentes preuiam. lumen requirūt celeſtia ·( lumine: deum fatētur munere. Lauacra puri gurgitis: celeſtis agnus attigit. peccata que nō detulit: nos abluendo ſuſtulit.

Nouū genuspotentie: aque rubeſcūt ydrie: vinūq; iuſſa fundere: mutauit vnda originē. Gl'ia tibi dn̄e: q̇ apparuiſti hodie: cū patre et ſctō ſpū: in ſempiterna ſecl'a. Amen. Et nota ꝙ preſcriptus hym̄. dr̄ tm̄ hac nocte ad laud. īfra octa. Do dr̄ ad noct. Ad lau. aūt dr̄. hym̄. Enixa eſt. vſ̄. ¶ Sabbato. xl. ad vſ̄. hym̄.



Audi benigne conditor: nr̄as p̄ces cū fle



tibus: in h' ſacro ieiunio: fuſas q̄dragenario. Scrutator alme cordiū: infirma tu ſcis virium: ad te reuerſis exhibe: remiſſionis gratiā Multū quidē peccauimus: ſ3 parce ꝯfitētib⁹: ad laudē tui noīs: ꝯfer medelam languidis. Sic corpus extra ꝯteri: dona p abſtinētiā: ieiunet vt mēs ſobria: a labe prorſus criminū. Pr̄ſta btā trinitas: cōcede ſimplex vnitas: vt fructuoſa ſint tuis: ieiunioꝝ munera. Amē. Ad noct. hym̄.



Ex more docti myſtico ſeruem⁹ h' ie



iuniũ: deno dierꝫ circulo ductu q̃ter notiſſimo.
Lex ⁊ pphete primitus: hĩ p̄tulerũt poſtmo-
dũ: xp̄s ſacrauit oĩm: rex atq̃ factoꝛ tempoꝛꝫ
Utamur ḡ parcius: verbis cibis ⁊ potibus
ſomno iocis ⁊ arctius: perſtemus in cuſtodia
Uitemus aũt peſſima: q̃ ſubruũt mẽtes va
gas: nullũq̃ demus callido: hoſti locũ tyrãni-
dis. Dicamus oẽs cernui: clamem⁹ atq̃ ſin
guli: ploꝛemus ante iudicem: flectamus irã
vindicẽ. Noſtrꝭ malis offendimus tuã deus
clemẽtiã: effunde nobis deſup: remiſſoꝛ indul-
gentiã. Memento q̧ ſumus tui: licet caduci
plaſmatis: ne des honoꝛẽ noĩs tui pꝛecamur
alteri. Laxa malum qḋ geſſimus: auge bo
nũ qḋ poſcimus: placere q̃ tandẽ tibi poſſim⁹
hic ⁊ ppetim. Pꝛa btã. vrs. Ad laud. hym̃.

IAm xp̄e ſol iuſticie: mẽtis dehiſcãt tene-
bꝛe ꝯtutũ vt lux redeat: terrꝭ dieꝫ cũ reparas.

Dans tēpus acceptabile: ⁊ penitens cor tri
bue: ꝯuertat vt benignitas: q̊s longa ſuffert
pietas Quiddāqꝫ penitentie: da ferre q̄uis
grandium: maiori tuo munere: q̊ demptio ſit
criminū. Dies venit dies tua: in qua reflo-
rent om̄ia: letemur in hac vt tue: ꝑ hāc reducti
gratie. Te rerū vniuerſitas: clemēs adoret
trinitas: ⁊ nos noui ꝑ veniā: nouū canamus
canticū. Amē. In dn̄icis diebus ad vſ. ym̄.

A



Vres ad nr̄as deitatis p̄ces: deus indi



na pietate ſo la ſupplicū vota ſuſcipe: preca



Reſpice clemēs ſolio de ſctō
vultu ſereno lāpades illuſtra
mur famuli dei. Lumīe tuo tenebras depelle:
pectori noſtro. Crimina laxa pietate multa
ablue ſordes vincl'a diſrumpe parce peccatis
releua iacētes dextera tua Te ſine tetro mer
gimur profundo: labimur alta ſceleris ſub
vnda: brachio tuo trahamur: ad clara ſyde-
ra celi. Chriſte lux vera bonitas ⁊ vita: gau

dium mũdi pietas ĩmenſa: q̇ nos a morte ro
ſeo ſaluaſti ſanguĩe tuo. Inſere tuũ petimuſ
amorẽ: mentibꝰ nr̃is fidei refunde: lumẽ eter-
nũ charitatis auge dilectionẽ. Tu nobis do
na fontẽ lacrymaꝝ: ieiunioꝝ fortia miniſtra
vitia carnis milia retunde framea tua. Pro
cul a nobis ꝑfidus abſiſtat: ſathan a tuis vi-
ribꝰ cõfractus: ſctũs aſſiſtat ſpũs a tua ſede
demiſſus. Gl̃ia deo ſit eterno pr̃i: ſit tibi ſemꝑ
genitorꝭ nate: cũ q̊ equalis ſpũs ꝑ cũcta ſecl'a
regnat. Amẽ. In paſſiõe dñi: ad vſ. hymnꝰ.



Vexilla re gis prodeũt: fulget crucis my



ſterium: q̊ carne carnis cõditor ſuſpenſus eſt



Quo vulneratus inſuꝑ: mucro-
ne diro lãcee: vt nos lauaret crimi
patibulo. (ne manauit vnda ſanguĩe. Im-
pleta ſunt que cõcinit dauid fidelis carmĩe: di
cens in nationibꝰ regnauit a ligno deꝰ. Ar
bor decora et fulgida: ornata regis purpura:
electa digno ſtipite: tam ſctã membra tãgere

Beata cuius brachijs ſecli pepēdit precium. ſtatera facta eſt corꝑis: predāqʒ tulit tartaris. O crux aue ſpes unica: hoc paſſionis tempore auge pijs iuſticiā: reiſqʒ dona veniā. Te ſumma deus trinitas collaudet oīs ſpūs. qs ꝑ crucis myſteriū: ſaluas rege ꝑ ſclo Am̄. Ad noc.



Pange lingua glorioſi prelium certami



nis: et ſuper crucis tropheū dic triumphum



nobilem: qualiter redemptor orbis immola



De parētis prothoplaſti fraude factor ꝯdolens. quādo pomi noxius vicerit. Qualis morte morſu corruit: ipſe lignum tunc notauit: damna ligni vt ſolueret. Hoc opus nr̄e ſalutis ordo depopoſcerat: mł tiformis proditoris ars vt artē falleret: ⁊ medelam ferret inde hoſtis vnde leſerat. Quādo venit ergo ſacri plenitudo tempis: miſſus eſt ab arce patris natus orbis ꝯditor: atqʒ vētre

virginali caro factus prodijt. Uagit infans
inter arta cõditus preſepia: membra pãnis
inuoluta virgo mater alligat. ⁊ pedes man⁹
ꝗ crura ſtricta cingit faſcia. Gloria et honor
deo uſqꝫquo altiſſimo: una patri filioqꝫ incly-
to paraclyto. cui laus eſt ⁊ poteſtas: per eter-
na ſecula. Amen. Ad Laudes Hymnus.

Luſtris ſex qui iam pactis tem pus im-

plens corporis: ſe volente natus ad hoc paſſiõi

dedit⁹: agnus in crucꝫ leuat̄ imolãdus ſtipite
Hic acetũ fel arundo ſputa claui lancea mite
corpus pforatur: ſanguis unda profluit. ter
ra pontus aſtra mũdus quo lauant̄ flumie
Crux fidelis inter omñes arbor una nobilis:
nulla ſilua talem profert fronde flore germie:
dulce lignũ dulces clauos: dulce pondus ſu-
ſtinet. Flecte ramos arbor alta tenſa laxa
viſcera ⁊ rigor lẽteſcat ille quẽ dedit natiuitas

vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite
Sola digna tu fuiſti ferre ſecli precium: atqꝫ
portū ꝑparare nauta mundo naufrago. quē
ſacer cruor perunxit fuſus agni corpe G lia ⁊
In dñicis diebus poſt paſca i vtriſqz vš hym



Ad cenam agni prouidi: ⁊ ſtolis albis cā



didi poſt tranſitū maris rubri xp̄o canamus



Cuius corpus ſanctiſſimū: i ara
crucis torridum: cruore eius roſeo
principi. guſtando viuimus deo. Protecti
paſche veſpere: a deuaſtante angelo. erepti de
duriſſimo pharaonis imperio Iam paſcha
nr̄m xp̄s eſt: qui imolatus agnus eſt. ſince-
ritatis azima: caro eius oblata eſt. O vere
digna hoſtia: ꝑ quā fracta ſunt tartara. redē
pta plebs captiuata: redit ad vite p̄mia C ū
ſurgit xp̄s tumulo: victor redit de baratro. ty
rannū trudens vinculo ⁊ reſerās paradiſum
Queſumus auctor omniū: i hoc paſchali
gaudio. ab omni mortis impetu: tuū defende

populū. Gl'ia tibi dn̄e q̄ ſurrexiſti a mortuis cū pr̄e ⁊ ſancto ſpū: in ſempiṫna ſcl'a. Amen.

Ad octaua paſche uſq₃ ad aſcēſionē ad noct.



O Rex eterne domine: rerū creator omniū



qui eras ante ſecula ſemper cum patre filius Qui mundi in primordio: adam plaſmaſti hominē: cui tue imagini vultū dediſti ſimilē. Quē diabolus deceperat: hoſtis humāi generis. cuius tu formā corporis aſſumere dignatus es Vt hominē redimeres quē ante iam plaſmaueras. ⁊ nos deo ꝯiungeres ꝑ carnis contuberniū. Quē editum ex virgine: paueſcit omnis anima. ꝑ quē ⁊ nos reſurgere: deuota mente credimus Qui nobis per baptiſmum: donaſti indulgentiam. qui tenebamur vinculis ligati cōſcientie. Qui crucem ꝓpter hominem: ſuſcipere dignatus es. dediſti tuū ſanguinē: nr̄e ſalutis preciū. Queſumus auctor omniū. Gloria tibi domine. ut ſupra proximo. ℭ Ad Laudes hymnus.

Aurora lucis rutilat: celũ laudibus intonat mũd⁹ exultãs iubilat gemẽs infern⁹ ululat. Cũ rex ille fortiſſim⁹ mortꝫ ꝯfractis viribꝰ: pede ꝯculcãs tartara ſoluit a pena miſeros. Ille q̃ clauſus lapide: cuſtodit ſub milite: triũphãs pompa nobili victor ſurgit de funere. Solutis iam gemitibꝰ: ⁊ inferni dolorib⁹ qꝛ ſurrexit dñs reſplendẽs clamat angelus. De apłis in paſchali tpe. hymnus

Triſtes erãt apoſtoli de nece ſui domini: quẽ pena mortis crudeli ſerui dãnarũt impij. Sermõe blãdo angelus p̃dixit mulierib⁹ in galilea dñs: vidẽd⁹ eſt q̃ntoti⁹. Ille dũ pgũt ꝯcite: apłis hꝫ dicere: vidẽtes eũ viuere: oſculãtur pedes dñi. Quo agnito diſcipli: i galileã ꝓpere pergũt videre faciẽ deſideratã dñi Cla

ro paſchali gaudio: ſol mūdo nitet radio: cum xp̄m iam apl̄i: viſu cernūt corporeo. Oſtenſa ſibi vulnera in xp̄i carne fulgida: reſurrexiſſe dn̄m: voce fatenť publica. Rex xp̄e clemētiſſime: tu corda nr̄a poſſide: vt tibi laudes debitaſ reddamus om̄i tp̄e Q̄ms auctor. Gl̄ia tibi dn̄e. vrs. In aſcenſiōe dn̄i ad vs̄ ⁊ ad lau. ym̄.

I

Eſu noſtra redemptio amor ⁊ de ſideri

um: deus creator omniū homo in fine tēpoꝝ. Que te vicit clemētia vt ferres nr̄a crimina: crudelem mortē patiens: vt nos a morte tolleres. Inferni clauſtra penetrās: tuos captiuos redimēs: victor triūpho nobili: ad dexterā patris reſidens. Ipſa te cogat pietas: vt mala nr̄a ſuperes: parcendo et voti cōpotes: nos tuo vultu ſacies. Tu eſto noſtꝝ gaudiū qui es futurus premiū: ſit nr̄a in te gloria: ꝑ cuncta ſemꝑ ſecl'a. Glia tibi dn̄e q̇ ſcandis ſuper ſydera: cū patre ⁊ ſctō ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen. Ad nocturnū Hymnus.



AEter ne rex altiſſime: redẽptor ⁊ fideliũ



q̃ mors ſoluta deperit: datur triumph⁹ gratie
Scandẽs tribunal dextere: patris poteſtas
oĩm collata ieſu celitus: q̃ nõ erat humanit⁹.
Ut trina rerꝝ machina celeſtiũ terreſtriũ ⁊ in
fernoꝝ ↄdita: flectãt genu iam ſubdita. Tre
mũt videntes angeli verſa vice mortaliũ: cul
pat caro purgat caro: regnat deus dei caro.
Tu eſto nr̃m gaudiũ manẽs olimpo predi-
tũ: mundi regis q̃ fabricã: mundana vincẽs
gaudia. Hinc te p̃cãtes q̃ms ignoſce culpis
oĩbus: ⁊ corda ſurſum ſubleua ad te ſupna
gr̃a. Ut cũ repẽte ceper⁊ clarere nube iudicis
penas repellas debitas: reddas coronas per
ditas. Glia tibi dñe. vrs. Ad laudes hym-
nus. Jeſu noſtra redẽptio. q̃re ſupra in feſto.
¶ In feſto pẽthecoſtes ad veſperas hymn⁹.



VEni creator ſpiritus: mẽtes tuoꝝ viſita:



imple ſuperna gracia que tu creaſti pectora.
Qui paraclytus diceris: donū dei altiſſimi.
fons viu⁹ ignis: charitas ⁊ ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere: dextre dei tu digit⁹
tu rite promiſſo pr̄is: ſermone ditans guttu-
ra. Accēde lumen ſenſibus: infunde amorem
cordibus infirma nr̄i corpis: virtute firmās p
petim. Hoſtē repellas lōgius: pacēq; dones
ꝓtinus. ductore ſic te p̄uio: vitem⁹ om̄e noxiū
Per te ſciam⁹ da pr̄em: noſcam⁹ atq; filiū. te
vtriuſq; ſpiritū: credamus om̄i tp̄e Glia pr̄i
dn̄o natoq; qui a mortuis ſurrexit ac paracli
to: in ſeculoꝝ ſecula. Amē. Ad nocturn̄ hym̄⁹

IAm chriſtus aſtra aſcēderat: regreſſus
vnde venerat. promiſſuꝫ pr̄is munere ſanctū
Solennis vrgebat dies: q̊
myſtico ſeptēplici. orbis vo
daturus ſpiritū. (lux⁹ ſepties: ſignat btā tp̄a

Dū hora cūctis tertia repēte mūdus itonat
orātibus aplīs: deū veniſſe nūciat. De prīs
g̊lumine decorus ignis almus eſt. q̄ fida xp̄i
pectora: calore ꝟbi ꝯpleat. Impleta gaudent
viſcera afflata ſcō ſpū. voces diuerſas itonāt
fant᷑ dei magnalia. Ex omī gēte cogniti: gre
cis latinis barbaris. cūctiſq; āmirātibus: li
guis loquūt᷑ oīm. Iudea tūc icredl'a: veſana
toruo ſpū. ructare muſti crapulā: alūnos xp̄i
ꝯcrepat. Sed ſignis ⁊ virtutibus: occurrit ⁊
docet petrus: falſa profari ꝑfidos. iohele teſte
ꝯprobans. Glia prī dn̄o. ſ. Ad laud. hym̄.



BEata nobis gaudia: āni reduxit orbita



cum ſpiritus paraclitus. effulſit in diſcipl'os
Ignis vibrāte lumine: lingue figurā detulit
ꝟbis vt eſſent proflui: ⁊ charitate feruidi. Li
guis loquūtur omniū: turbe pauēt gentiliū.
muſto madere deputant: quos ſpūs repleue-
rat. Patrata ſunt hec myſtice: paſche perac
to tempore: ſacro dierum numero: quo lege

ſit firmiſſimo. Te nūc deus piiſſime: vultu p̄
camur cernuo. illapſa nobis celitus: largire
dona ſpūs. Dudū ſacrata pectora: tua reple
ſti gr̄a. dimitte nunc peccamina: ⁊ da quieta
tp̄a. Gl'ia tibi dn̄e. In feſto trinitatis ad v̄s.

IN maieſtatis ſolio: tres ſedent in triclini
o. nam non eſt conſolatio: perfecta ſolitario.
Eterne mētis oculo: dum pater in ſe flectit.
in lucꝫ ſue ſpeculo: imago par exprimit. Ima
ginis ꝯſortiū: natiuus p̄bet exitus. cōcorſq̄
ſpirāt gaudium: ingenitus ⁊ genitus. Hoc
gaudium eſt ſpūs: quo patri natus iungit.
⁊ unum bonū funditus: i tribus his ꝯcludit.
In tribus eſt ſimplicitas: quos nō diſting-
uit qualitas. nec obſtat tribus unitas: quā
ampliat immēſitas. Per ſolā vim originis
cōmunio fit numinis: natiui ductu germis:
votiuiq̄ ſpiraminis. Ingenito ⁊ genito: cū
ſpū paraclyto. honorꝫ ſimpli debito: pſallam⁹
corde dedico. Amen. Ad Nocturnū hymnus

O Lux beata trinitas: tres vnũ triũ vnio
imperialis vnitas: in trium contubernio.
O pater inaſcibilis: natura ſemꝑ pullulãs
pondus rei vertibilis: verbo virtutꝫ baiulãs
O verbum in principio: paterne ſplẽdor glo
rie. tu conditoris ratio: lux cordiũ fons venie
O amor ſancte ſpiritus: concordie ſpiracu-
lum. ſummi dulcoris alitus: pax fedus fruc-
tus oſculum. Pater gignit imaginẽ: equa
lem ſibi penitus: ſolamqꝫ per originẽ ab ipſis
differt ſpiritus. Tres vnum deuz credimus
vnam trium eſſentiam. tribus vnam impen
dimus: honoris reuerentiam. Amen.

Ad Laudes Hymnus.

FEſti laudes hodierni ritu ductas annuo
ciues gaudio ſuperni celebrant perpetuo: re-

gem trinũ: dum ter terni chori laudãt mutuo
Vita melos cor ſupinũ trini cultus munere
veneremur regẽ trinũ voce votis ope. quẽ lex
iubet maſculinũ: ter in anno colere. Singu-
lari maieſtati decus ⁊ imperiũ. ſacroſctẽ trini
tati ſit ꝑenne gaudiũ. i quo ſimus nos beati
ꝑ te xp̃e p̃miũ Amẽ In feſto corpis xp̃i ad vſ̃



Pange lingua glorioſi corporis myſteri



um: ſanguiniſq; precioſi: quẽ in mũdi preciũ



fructus ventris generoſi: rex effudit gentiũ
Nobis datus nobis natus ex itacta ꝟgine
⁊ in mũdo ꝯuerſatus ſparſo verbi ſemine. ſui
moras incolatus: miro clauſit ordine. In ſu
preme nocte cene: recũbẽs cũ fratribus. obſer
uata lege plene: cibis i legalibus. cibũ turbe
duodene: ſe dat ſuis mãibus. Verbum caro

panem verū verbo carnē efficit. fitq; ſanguis xp̄i merū: ꝛ ſi ſenſus deficit. ad firmādum cor ſincerū ſola fides ſufficit. Tantū ergo ſacramētum veneremur cernui: ꝛ antiquū documētū nouo cedat ritui. p̄ſtet fides ſupplementū: ſenſuū defectui. Genitori genitoq; laus ꝛ iubilatio: ſalus honor virtus q̄z ſit ꝛ bñdictio: procedēti ab vtroq; cōpar ſit laudatio. Amē. Ad noct



Sacris ſo lenniijs iun cta ſint gaudia: ꝛ



ex precordijs ſo nēt preconia: recedāt vetera



noua ſint omnia: corda voces et opera. Noctis recolit̄ cena nouiſſima. qua xp̄s creditur agnum ꝛ azima: dediſſe fratribus iuxta legittima: priſcis indulta patribus. Poſt agnū typicum expletis epulis: corpus dominicum datum diſcipulis. ſic totū omnibus quod totū ſingulis eius fatemur manibus. Dedit fragilibus corporis ferculū: dedit ꝛ triſtibus ſan

guinis pocuiu: dicēs accipite qđ trado vaſcu-
lum oēs ex eo bibite S ic ſacrificiū iſtud inſti
tuit: cuius officiū cōmitti voluit ſolis p̄ſby-
teris q̇bus ſic cōgruit: vt ſumāt ⁊ dēt ceteris.
P anis angelicus fit panis hoīm: dat panis
celitus figurꝫ terminū: o res mirabilis man
ducat dn̄m: paup̱ ſeruus et humilis. T e tri-
na deitas vnaqꝫ poſcimus: ſic nos tu viſita ſi
cut te colimus: p̱ tuas ſemitas duc nos q̊ ten-
dimus: ad lucē quā inhabitas. am̄. Ad lau.



V Erbum ſupernū p̄odiēs: nec patris lin



quēs dexterā: ad opus ſuū exiens venit ad vi



I n mortē a diſcipulo: ſuis traden
dus emulis p̄ius in vite ferclo: ſe
te veſperā. (tradidit diſcipulis Q uibus ſub
bina ſpecie carnē dedit ⁊ ſanguinē: vt duplicis
ſubſtancie: totū cibaret hoiem. S e naſcēs de
dit ſociū cōueſcens in eduliū: ſe moriens in p̄-
ciū ſe regnās dat in p̄emiū. O ſalutarꝫ ho-
ſtia q̄ celi pandis hoſtiū: bella p̄emunt hoſti

lia: da robur fer auxiliũ. Uni trinoqꝫ dño: ſit ſempiterna gloria: q̃ vitã ſine termino nobis donet in patriã. Amẽ. ¶ In cõuerſione ſancti Pauli apli ad veſperas ⁊ ad noct. hymn⁹



Doctore egregie paule mores inſtrue et



mẽte polum nos trãſferre ſatage: donec per



fectũ largiatur plenius e uacuato qđ ex par



Sit trinitati ſempiterna gloria honor poteſtas atqꝫ iubilatio: in te gerimus. (unitate cui manet imperiũ: ex tũc ⁊ modo ꝑ eterna ſecla. Amẽ. Ad lau. hym. Exultet celũ laudi. ut in cõi de aplis. ¶ In cathedra ſcti Petri ad vſ. ⁊ ad noct. hymn⁹.



Quodcũqꝫ vincis ſup ter



rã ſtrinxeris: erit in aſtris religatũ fortiter: et



qđ reſoluit in terris arbitrio: erit ſolutū ſuper



celi radiū: in fine mundi iudex erit ſeculi Glo ria deo ꝑ imenſa ſecl'a: ſit tibi nate decus ⁊ im periū: honoꝛ poteſtas ſanctoq3 ſpiritui ſalus indiuidua: ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecl'a. Amē. Ad laudes



Iam bone paſtoꝛ petre clemēs accipe ym̄.



vota p̄cantū: et peccati vincula re ſolue tibi



poteſtate tradita: q̄ cunctis celū ꝟbo claudis



Sit trinitati ſempiterna glīa: honoꝛ poteſtas atq3 iubilatio: in vnitate cui aperis. (manet imperiū: ex tūc ⁊ modo ꝑ eter na ſecula. Amē. ¶ In feſtiuitatib' apl'oꝝ et euāgeliſtaꝝ a paſcha vſq3 pentħ. ad vſ. et ad noctur. hymn' Triſtes erāt apl'i. fol. ccxij. et

cātet in tono Aurora lucis ru. Ad lau. hym̄. Exultet celū lau. q̄re in cōi. ¶ In inuentione ſcte crucis ad vs hym̄. Vexilla reg. Ad noc. Pange lingua. Ad laudes. Luſtris ſex. q̄re ſupra in paſſiōe dn̄i. ¶ In feſto ſcti Antonij de Padua ad vs: ad noct. ⁊ ad lau. hym. que re in fine hymnarij poſt cōe ſctōꝝ. ¶ In natiuitate ſcti Johānis baptiſte ad vs hymnus



Ut queāt laxiſ reſonare fibr⁊ mira geſto



rū famuli tuoꝝ: ſol ue polluti labij reatū ſan



Nūcius celſo ueniens olimpo: te pr̄i magnū fore naſcituꝝ: nomē ⁊ cte ioānes. (uite ſeriē gerēde ordine ꝑmit. Ille ꝑmiſſi dubius ſupni: ꝑdidit prōpte modulos loquele: ſ; reformaſti genitus ꝑempte organa uocis. Uentr⁊ obſtruſo poſitus cubili ſenſeras regē thalamo manentē: hinc parēs nati meritis uterq; abdita pādit. Glia patri geniteq; proli: ⁊ tibi ꝯpar utriuſq; ſemp ſpūs alme deus unus om̄i tpe ſecli. Amē. Ad noc.

Antra deſerti teneris ſub annis ciuiũ tur
mas fugiẽs petiſti: ne levi ſaltẽ maculare vi
Prebuit hirtũ tegimen ca
melus artub⁹ ſacrꝭ strophi
tã: famie poſſes. Cum bibẽtes: cui latex hau
ſtũ ſociata paſtũ mella locuſtis. Ceteri tan
tũ cecinere vatũ corde pſago iubar affuturũ:
tu quidẽ mũdi ſcelus auferentẽ: indice ꝓdis.
Nõ fuit vaſti ſpaciũ p orbis ſanctior quiſq̃
genitus ioãne: q nephas ſecli meruit lauãtẽ
tingere limphis. Glia pri. vrs. Ad lau. ym.

O Nimis felix meritiq̃ celſi: neſciens labẽ
niuei pudorꝭ: p potẽs martyr heremiq̃ cultor
Serta terdenis alios coronant:
aucta crementis duplicata quoſ
maxie vatũ. Dam: trina centeno cumulata

fructu te sacer ornāt. Hinc potēs nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle: asperꝫ planās iter ⁊ reflexos dirige calles Ut pius mūdi sator et redēptor: mentib⁹ pulsa luuione pur⁊ rite dignet̄ veniēs sacratos ponere gressus. Laudib⁹ cives celebrāt supni te deus simplex pariterqꝫ trine: supplices ⁊ nos veniā p̄camur parce redēptis. Amen. ¶ In festo sctōꝝ aplōꝝ petri ⁊ pauli: ad vs hymn⁹



Aurea luce ⁊ decore roseo: lux lucis omne



pfudisti seculū: de coras celos inclito marty



Janitor celi doctor orbirio hac sacra die q̄ dat reis veniā. Parit̄ iudices secli vera mūdi lumina p cruce alter: alter ense triūphans: vite senatū laureati possident. Sit trinitati sempiterna gloria honor potestas atqꝫ iubilatio: in unitate cui manet imperiū ex tunc ⁊ modo p eterna secula. Amen. Ad noc. ym. Eterna xp̄i mu. qre in cōi aplōꝝ.

Ad lau. ym̄.



Iam bone paſtor petre clemẽs accipe



vota p̄cantiū: et peccati vincula re ſolue: tibi



poteſtate tradita: q̄ cunctis celū ꝟbo claudis



Doctor egregie paule mores inſtrue: et mente polū nos tranſferre ſatage do aperis (nec ꝑfectū largiať plenius euacuato q̄d ex parte gerimus. Sit trinitati ſem. vt s.

¶ In cõmemoratiõe ſcti pauli ad vs̄ ⁊ ad noctur. hymn⁹ Doctor egregie. q̄re ſupra fol. cxl. Ad laud. hymn⁹. Exultet celū lau. q̄re in cõi.

¶ In feſto viſitatiõis marie hymnos q̄re p⁹ cõe ſctõꝝ. ¶ In feſto Marie magdalene ad vs̄ ⁊ ad noctur. hymn⁹



Nardi maria piſtici ſumpſit librā



mox optimi: unxit beatos domini: pedes ri-

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00302



Honor decus imperium ſit trinitati unice: pr̄i nato pa-
gādo lachrymis (raclito: p infinita ſecl'a. amē

Ad lau. hymn⁹ Huius obtētu. quere in cōi.

¶ In feſto ſcti petri ad vincla ad vs̄ et ad noc.



Petrus beatus cathenarꝫ laqueos: xp̄o



iubente rupit mirabiliter cuſtos ouilis et do-



ctor eccleſie: paſtorq; gregis conſeruator om-



nium: arcens luporꝫ truculentam rabiem.

Gloria deo per immenſa ſecl'a: ſit tibi nate decus et imperiū: honor poteſtas ſanctoq; ſpiritui: ſit trinitati ſalus indiuidua: per infinita ſeculorꝫ ſecula. Amen. In feſto transfigurationis domini: ad veſperas Hymnus.



Gaude mater pietatis in



valle gemētiū ꝑ ducatu dignitatis xp̄i regis



omniū: q̄ dilecta predotarꝫ in culmine mōtiū
Ubi patres p̄cellentes imortali corꝑe: admi
rant aſſiſtentes de tā grādi munere: diuinū
lumē cernentes increato lumīe. Quod verti
ces ꝓphetaꝝ precolunt deuotius: moyſes lu-
men preclarum legis date celitus: et helyas
iubar magnum zelo dei feruidus. Preſencia
deitatis declaratur prouide: inaudita voce pa
tris de ſupremo germine: et ſpiritu veritatis
forma nubis lucide. Genitori genitoq; laus
et iubilatio: ſalus honor virtus quoq; ſit ⁊ be
nedictio: procedenti ab vtroq; compar ſit lau
datio. Amen.

Ad nocturnum hymnus.



Exultet laudibꝰ ſacrata contio celi agmi



nibꝰ iūcta tripudio ꝑ verbi gloria q̄ ſplendent

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00304



Promiſſum pã
ditur fratꝛ de me
oĩa terra põtus ⁊ ethera (dio patrꝫ cũ labit
nox de faſtigio: dicens hũc filiũ doctorẽ celicũ:
auditu digniſſimũ Succedit in ſponſa ꝑ fra
tris ſemie: a viro repulſa virib⁹ carente: man
dãte dño moyſi in mõte calciamentũ ſoluere.
Specioſus forma ꝑ natis alijs veſtitus glo
ria fit ſpõſus ſanguis o rex mirabilis guber
nat oia: celſus pauꝑ humilis. Te trina dei-
tas vnaqꝫ poſcimus: ſic tu nos viſita: ſicut te
colimus: ꝑ tuas ſemitas duc nos q̊ tendim⁹
ad lucẽ quã inhabitas. Amẽ. Ad lau. hym.

Nouũ ſydus exoꝛit: xp̃i pia clementia: q̊
Inſurgere
cũ nitit: ma
tenebꝛoſa premit: inimici ſeuicia. (lignitatis
ſpiritu: ex aduerſo reſiſtit ꝑ potenti exercitu.
Roboꝛantur in acie intuentes ſignaculum
deſidẽtes militie: vt aſſequant bꝛauiũ. Pꝛo
q̊ ſe cũctis obijcit beatũ in myſterio: xp̃s ⁊ tã-
dem ꝑficit: regnãs in celi ſolio: Glia tibi dñe

poteſtas ⁊ imperiũ: q̄ certãtibus agie aperte mõſtras premiũ. Amē. ¶ De ſctā Clara virgine: ad vſ. ad noct. ⁊ ad lau. hymnos q̄re in fine. ¶ In aſſumptiõe Marie ad vſ hymn⁹.



Ave maris ſtella dei mater alma at-



Sumens illud aue gabri-

q3 ſemꝑ virgo felix celi porta (elis ore: fũda nos in pace mutãs nomē eue Solue vincla reis ꝓfer lumē cecis: mala nr̄a pelle bona cũcta poſce. Monſtra te eſſe matrē ſumat per te precē: qui ꝓ nobis natus tulit eſſe tuus Virgo ſingularis inter oēs mitis: nos culpis ſolutos: mites fac et caſtos. Vitā preſta purā iter para tutũ: vt videtes ieſum ſemꝑ colletemur. Sit laus deo prī ſummo xp̄o decus ſpi-



ritui ſctõ trib⁹ honor vn⁹

Quem terra põtus ethera Ad noc. ym̄.



colũt adorãt predicãt trinā regentē machinā



Qui luna ſol et oīa: deſeruiunt ꝑ tpa: per clauſtrū marie baiulat. Cfuſa celi gratia: geſtāt puelle viſcera. Beata mater munere: cuius ſupnus artifex: mundū pugillo cōtinens ventrꝫ ſub archa clauſus eſt. Beata celi nuncio: fecūda ſctō ſpiritu: deſideratus gentibꝰ: cuius ꝑ aluū fuſus eſt. Glia tibi dn̄e: q̇ natus es de virgīe cū pr̄e ⁊ ſctō ſpū in ſempiterna ſecl'a. Amē

Ad laud. Hymnꝰ.



O Glorioſa domina excelſa ſuꝑ



ſydera: q̇ te creauit ꝓuide lactaſti ſacro ubere Qd̄ eua triſtis abſtulit: tu reddis almo germine: intrent vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es. Tu regis alti ianua: ⁊ porta lucis fulgida: vitā datā ꝑ virginē: gētes redēpte plaudite. Glia tibi dn̄e. vt̄s ¶ Hym̄. de ſctō Lodowico ɔfeſſore: q̄re infra poſt cōe ſctōꝝ. ¶ In exaltatiōe ſctē crucis ad vs̄ hym. Vexilla regis. Ad noctur. Pange lingua. Ad laudes. Luſtrꝫ ſex. vt̄s i paſſiōe dn̄i. ¶ In feſto ſacro

rũ ſtigmatũ ſancti Frãciſci: ad vſ. ad noct. ꝛ
ad laudes hyñ. quere in fine poſt cõe ſctoꝝ.

¶ In feſto ſcti michaelis ad vſ ꝛ ad noc. hyñ.



T Ibi xp̃e ſplendoꝛ patris: vita virtus coꝛ



dium: in ꝯſpectu ange loꝝ votis voce pſalli



mus: alternãtes ꝯcrepãdo melos damus vo



C ollaudamus venerãtes oĩes celi
milites: ſed p̄cipue pꝛimatẽ celeſtis ex
cibus. ( ercitus: michaelẽ in virtute ꝯterentẽ
zabulon. Q uo cuſtode ꝓcul pelle rex xp̃e piiſ
ſime: oĩe nephas inimici mũdo coꝛde ꝛ coꝛꝑe
paradiſo redde tuo nos ſola clementia. G lo
riam patri melodis perſonemus vocib⁹: glo
riã xp̃o canamus: gloꝛiã paraclito: q̃ trinus
et vnus extat ante ſecl'a. Amẽ. Ad lau. hyñ.



C Hꝛiſte ſanctoꝝ decus angeloꝝ rectoꝛ hu



mani generꝫ ⁊ auctor: nobis eternũ tribue be



Angelũ pacis micha
el ad iſtã celitus mitte
nignus ſcãdere celũ. (rogitamus aulã: nob̄
ut crebro veniẽte creſcãt ꝓſpera cũcta. Ange
lus fortis gabriel ut hoſtẽ pellat antiquũ vo-
litet ab alto ſepius templũ veniẽs ad iſtud vi
ſere noſtrũ. Angelũ nobis medicũ ſalutis:
mitte de celis raphael ut oẽs ſanet egrotos:
pariterqꝫ nr̃os dirigat actus. Hic dei noſtri
genitrix maria: totus et nobis chorus ange
loꝝ: ſemꝑ aſſiſtat ſimul ⁊ btã cõtio tota. Pre
ſtet h̄ nobis deitas btã: pr̃is ac nati pariterqꝫ
ſctĩ ſpũs: cuius reboat ĩ oĩ glĩa mũdo Amẽ

¶ In feſto ſcti Franciſci: ad vs. ad noct. ⁊ ad
lau. hym̃. q̃re in fine poſt cõe. ¶ In feſto oim
ſctõꝝ ad vs.
⁊ ad noctur.



Chriſte redẽptor omniũ con Hymnus.



ſerua tuos fa mulos: be ate ſemꝑ virginis



Beata quoqꝫ agmi
na celeſtiū ſpirituū p̄
placatus ſanctis p̄cib⁹. Pterita preſentia futu
ra mala pellite Uates eterni iudicis: apoſto
licꝫ dñi: ſuppliciter expoſcimus: ſaluari veſtrꝫ
precib⁹. Martyres dei inclyti: ꝯfeſſoreſqꝫ luci-
di: veſtrꝫ orationib⁹ nos ferte ī celeſtib⁹ Cho
ri ſanctaꝝ virginū: monachorūqꝫ oīm: ſimul
cū ſanctis oībus ꝯſortes xp̄i facite Gentē au
ferte perfidā credentiū de finib⁹: vt xp̄o laudes
debitas p̄ſoluamus alacriter Glīa p̄ri inge
nito: eiuſqꝫ vnigenito: vna cū ſctō ſpū: in ſem-
piterna ſecula. Amē. Ad laudes Hymnus.



IEſu ſaluator ſeculi: redēptis ope ſub ve-



ni: et pia dei genitrix ſalutem poſce miſeris.
Cetus oēs angelici patriarchaꝝ cunei: et p
phetaꝝ merita nobis precent̄ veniā. Bapti
ſta xp̄i preuius et clauiger ethereus: cū ceterꝫ
ap̄lis: nos ſoluant nexu criminis. Chorus ſa
cratus martyrū: ꝯfeſſio ſacerdotū: ⁊ virgina

lis caſtitas: nos a pctis abluāt Monachoꝝ ſuffragia: omneſqꝫ ciues celici: annuāt votis ſupplicū et vite poſcāt premiū. Laus honoꝛ virtus gloꝛia: deo patri ꝛ filio: ſctō ſimul paraclito in ſeculoꝛū ſecula. Amen. ¶ In feſto ſcti iohānis euāgeliſte. ad vſ̄ et ad noc. hym̄.

HOnoꝛ et decus indito ioanni ſit apo ſtolo: doctrine cuius lumīe petra fulget ec cleſie. Hic ſupꝛa pectus dn̄i: dū adeſſent apl'i: in cena iam recubuit: doloꝛe quādo coꝛruit Repēte tūc ad ethera latus vidit magnalia dei: per q̄ articuli ſacre firmant' fidei. Hic eſt ille diſcipulus: quē pius ipſe dn̄s: ſoluendo moꝛtis debitū: matri legauit filiū. Poſt hec beatus innocens feruoꝛe multo cupiens: coꝛonā ferre martyris: virus bibit incolumis. Quod rei moꝛtis biberāt duo q̇ iam perierāt: cuius cōtecti chlamyde reſurrexerūt ꝓpere. Hic em̄ tutus olei ſubiuit undas feruidi: nec eius ab incendio grabanda ſenſit hoꝛrido. Dehinc

patmos rigidã relegatus in inſulam: apoca
lipſis fulgide ſacro manauit opere. Idcirco
ꝙ doctorib⁹ cũctis aſcendit altius ad deitatis
grãdia: ipſum figurat aquila. Quo te p̃can
te virgine pctã nr̃a dilue: ad te pie clamantiũ
ieſu creator omnium. Amen. Ad lau. hym̃.

Iſte ioãnes aquila: diuina plenus gra-

tia: ſecreta cernens domini: effudit lumen fi-
dei. Hic eſt dilectus inclitus: quẽ pius ipſe
dñs: de mundi huius laqueo: ore voca-
(uit ꝑprio. Dilecte inquit intime para
re vir o ſplendide: ad celi mecũ gaudia venture
die tertia. De ſedi demũ ſtrepitu: egrediens
nõ obitu: benigno nãqꝫ ꝑriũ ſermone pauit
populum Quo poſt altare conditã: cernen-
tem virgo foueã: intrauit vtqꝫ voluit raptus
a nube prodijt. Doloris atqꝫ merito: quẽ ſu
ſtulit ꝑ dño: eterne letus glorie: ſubiuit aſtra
corpore Grata cuius preſentia: celeſtium cõ
mertia: letant atqꝫ angeli: laudem canentes

virgini. Nos ergo chriſte meritis: diſcipuli quem diligis: tua redempti gratia: perducat ad celeſtia. Amen.

¶ In natalicijs apoſtoloꝝ ad veſperas ꝛ ad laudes Hymnꝰ




poſtolorum gloriam ſacra canunt ſo lennia. Uos ſecli iuſti iudices: et vera mundi lumina: votis precamur cordiū: audite preces ſupplicum. Qui celum verbo clauditis: ſeraſqꝫ eius ſoluitis: nos a peccatis omnibus: ſoluite iuſſu queſumus. Quoꝝ precepto ſubditur: ſalus et languor omniū: ſanate egros moribus: nos reddētes virtutibꝰ Ut cū iudex aduenerit: xp̄s in fine ſecli: nos ſempiterni gaudij: faciat eſſe cōpores. Deo patri ſit gloria: eiuſqꝫ ſoli filio: cū ſpiritu paraclito: et nunc et



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00313

imperpetuū. Amen. Ad nocturnū hymnus



ETerna chriſti mu nera: apoſtolorum



gloriam: laudes canentes debitas: letis ca



namus men tibus. Eccleſiarum principeſ belli triūphales duces: celeſtis aule milites: et vera mūdi lumia. Devota ſcōꝝ fides inuicta ſpes credentiū: pfecta xp̄i charitas: mundi triūphat principē. In hiſ paterna glia: in his voluntas ſpūs: exultat in his filius: celū replet gaudiis Te nunc redemptor qm̄s: ut ipſoꝝ conſortio: iungas precantes ſeruulos: in ſempiterna ſecula. Amen. ¶ In natalicio unius martyrꝫ: ad vſ ꝛ ad noctur. hymnus.



DEus tuoꝝ militū: ſors ꝛ corona premiū



laudes canētes martyrꝫ abſolue nexu criminis

Hic nēpe mūdi gaudia: ⁊ blādimēta noxia:
caduca rite deputās peruenit ad celeſtia. Pe
nas cucurrit fortiter: et ſuſtulit viriliter: p̄ te
effundēs ſanguinē eterna dona poſſidet. Ob
h̄ p̄catu ſupplici: te poſcim⁹ piiſſime: in h̄ triū
pho martyrꝫ dimitte noxā ſeruulis. Laus ⁊
perennis gl̄ia deo patri ⁊ filio ſācto ſimul pa
raclito in ſeculoꝝ ſecula: Amē. Ad lau. hym̄.

Martyr dei q̄ vnicū: patris ſequēdo filiū:
victis triūphās hoſtib⁹ victor fruēs celeſtib⁹
Tui p̄catus munere: noſtrū reatū dilue: ar
cens mali contagiū: vite remouēs tediū. So
luta ſunt iā vincula: tui ſacrati corporis: nos
ſolue vinclis ſeculi: amore filij dei. Deo patri
ſit gloria eiuſq; ſoli filio: cū ſpiritu paraclito ⁊
nūc ⁊ imperpetuū. Amē. ¶ In natalitijs
plurimoꝝ martyrum: ad veſperas hymnus



Sanctoꝝ meritis inclita gaudia: panga

uiuus socij geſtaqȝ fortia: nā gliſcit animus p
Hi ſunt q̃s
retinēs mū
mere cātib⁹: victorȝ gen⁹ optimū. (dus inhor
ruit ipſum uā ſterili flore p aridū: ſpreuere pe
nitus teqȝ ſecuti ſūt rex xp̄e bone celitus. Hi
p te furias atqȝ ferocia calcarūt hoim ſeuaqȝ
ꝯbera: ceſſit his lacerās fortiter ungula: nec
carpſit penetralia. Ceduntur gladijs more bi
dentiū: nō murmur reſonat: nō q̄rimonia: ſȝ
corde tacito mēs bene cōſcia: ꝯſeruat patienti
am. Que vox q̄ poterit lingua retexere: q̄ tu
martyrib⁹ munera p̄paras: rubri nā fluido
ſanguīe laureis dicanť bū fulgidis Te ſum
ma deitas unaqȝ poſcim⁹: ut culpas abluas:
noxia ſubtrahas: des pacē famulis nos q̄qȝ
gloriā p cunc
ta tibi ſecula.
Eterna xp̄i munera ɿ mar Ad noc. ym.

tyrū victorias: laudes canētes debitas letis

Terrore victo ſeculi: pe
niſq; ſpretis corporis mor
canamus mentib⁹. (tis ſacre cōpendio: vitā
beatā poſſident. Traduntur igni martyres: ⁊
beſtiaꝝ dētib⁹ armata ſevit ungula tortoris
inſani manus. Nudata pendēt viſcera: ſan
guis ſacratus funditur: ſed permanent imo
biles vite perennis gratia. Te nūc redēptor
qſ: ut martyrū conſortio iungas precātes
ſervulos: in ſempiterna ſecla: amē. Ad laud.

Rex glorioſe martyrū corona ꝯfitentiū:
qui reſpuentes terrena: perducis ad celeſtia.
Aurem benignā protinus: appone noſtris
vocibus: trophea ſacra pangimus: ignoſce
quod deliquimus. Tu vincis in martyrib⁹
parcendo confeſſoribus tu vince noſtra crimi
na: donando indulgentiā. Deo patri ſit glo
ria: eiuſq; ſoli filio: cū ſpiritu paraclito ⁊ nunc
et imperpetuum. Amen. ¶ In natalitiis
unius confeſſoris ad vſ. ⁊ ad noctur. hymn⁹



Iſte ꝯfeſſor domini ſacratus feſta plebs



cuius celebrat ꝑ orbē hodie letus meruit ſecre



ta ſcan dere celi. Qui pius prudēs humilis pudicus: ſobrius caſtus fuit ⁊ quietus vita dū p̄ſens vegetauit eius corporꝭ artus. Ad ſacrū cuius tumulū frequēter membra languentū modo ſanitati: quolibet morbo fuerint grauata reſtituunt. Unde nūc noſter chorus in honore ipſius hymnū canit hūc libēter: vt pijs eius meritis iuuemur omne ꝑ euū. Sit ſalus illi decus atq; virtus q̄ ſupra celi reſidēs cacumē toti⁹ mūdi machinā gubernāt trin⁹ ⁊ vnus.

¶ In natalicijs vni⁹ ꝯfeſ. pōti. ad lau. hym̄.

Ieſu redēptor omniū: perpes corona pre

ſulū: in hac die clemētius: nr̄is faueto ꝑcib⁹.

Qui ſacri quã nomis ꝯfeſſor almus claruit: huius celebrat annua deuota plebs ſolennia
Qui rite mũdi gaudio: huiꝰ caduca reſpuẽs cũ angelis celeſtibꝰ: letus potit premijs. Huius benignꝰ annue: nobꝭ ſequi veſtigia: huiuſ p̃catu ſeruulis: dimitte noxã criminis. Sit xp̃e rex piiſſime: tibi patriq̃ꝫ glia: cũ ſpũ paraclito: ꝛ nũc ꝛ in perpetuũ. Amẽ. ¶ In natalitio vnius ꝯfeſſoris nõ põtifi. ad lau. hymnꝰ.

IEſu corona celſior: et veritas ſublimior:

qui confitẽti ſeruulo: reddis perenne premiũ.
Da ſupplicãti cetui: obtentu huius optimi: remiſſionẽ criminũ: rũpendo nexum vinculi.
Anni recurſo tp̃e: dies illuxit lumine: q̊ ſanctus hic de corpore: polũ migrauit prepotẽs.
Hic vana terre gaudia: et lutulenta predia: polluta ſorde deputans: ouans tenet celeſtia.
Te xp̃e rex piiſſime: hic ꝯfitẽdo iugiter: calcauit hoſtẽ fortiter: ſupbũ ac ſatellitẽ. Virtutũ actu ꝛ fide: ꝯfeſſionis ordie: ieiuna mẽbra defe

rēs: dapes ſupnas obtinet. Proinde te piiſ-
ſime: precamur oēs ſupplices: vt huius almi
gratia: nobis remittas debita Glia tibi dñe
gloria unigenito vna cū ſancto ſpiritu in ſem
piterna ſecula. Amē. ¶ In natalitio vnius
virginis in vtriſqȝ veſper. et ad laud. hymn⁹.



IEſu corona ꝟginū quē mater illa ꝯcepit



q̄ ſola virgo parturit hec vota clemēs accipe.
Qui paſcis inter lilia: ſeptus choreis virgi-
nū ſponſus decorus gloria: ſponſiſqȝ reddēs
premia. Quocūqȝ pergis virgines: ſequun
tur atqȝ laudibus: poſt te canentes curſitant
hymnoſqȝ dulces perſonāt. Te deprecamur
largius: noſtr. adauge mentib⁹: neſcire pror
ſus oia corruptionis vulnera Laus honor
virtus glia: deo patri et filio ſctō ſimul paracli
to: in ſeculoruz ſecla. Amē. Ad noct. hym̄.



VIrginis ples opifexqȝ matr.: ꝟgo quē

gessit peperitq; virgo: virginis festũ canim⁹
Hec tua v͛go duplici be
ata sorte dũ gessit fragi
tropheũ accipe votũ. (le domare: corpoꝝ sexũ
domuit cruentũ corpore seclũ. Unde nec mor-
tem nec amica mortis seua penaꝝ genera pa
uescens: sanguie fuso meruit sacratũ: scãdere
celũ Huius obtẽtu deus alme nr̃is: parce iã
culpis vicia remittẽs: ꝙ tibi puri resonemus
almũ pectoꝝ hymnũ. Glia pr̃i geniteq; ꝓli:
ꝛ tibi cõpar vtriusq; semper: sp̃us alme deus
vnus omni tp̃e secli. Amen. ¶ In natalicijs
alicuius scẽ nec virgis nec martyꝝ: in vtrisq;
vesperꝭ ꝛ no
cturn. et lau
dib⁹ hymnũ.



HUius obtẽtu deus alme no



stris parce iã culpis vitia remittẽs: ꝙ tibi pu-



Glia pr̃i
geniteq; ꝓ
ri resonem⁹ almũ pectoꝝ hymnũ (li: ꝛ tibi cõ

par vtriuſq; ſemp ſpūs alme: deus vnus om
ni tpe ſecli. Amē. ¶ In dedicatiōe eccleſie ad
vēſ. ⁊ ad noctu. hym.



Urbs beata ieruſalē: dicta pacis



viſio: q̄ ꝯſtruitur in celis viuis ex lapidib⁹



et angelis coronata: vt ſpōſata comite. No
ua veniēs e celo nuptiali thalamo: ꝑparata
vt ſpōſata copulet̄ dn̄o: platee ⁊ muri eius ex
auro puriſſimo. Porte nitēt margaritis adi
tis patentib⁹: ⁊ virtute meritoꝝ illuc introdu
citur: om̄is q̄ pro xp̄i nomē hic in mūdo ꝑmit̄.
Tunſionib⁹ preſſuris expoliti lapides: ſuis
coaptant̄ locis p manū artificis: diſponunt̄
ꝑmanſuri ſacr; edificijs. Gloria ⁊ honor deo
vſq; quo altiſſimo: vna pr̄i filioq; īclito para
clito cui laus eſt ⁊ poteſtas p īmēſa ſcl'a: amē

Ad lau. ym.



Angulare fundamentū: la pis xp̄s



miſſus eſt: q̇ cõpage parietũ in vtroq̃ nectit:



quẽ ſyon ſancta ſuſcepit in q̊ credẽs pmanet. Omnis illa deo ſacra ⁊ dilecta ciuitas: plena modulis in laude ⁊ canore iubilo: trinũ deum vnicũq̃ cũ fauore predicat. Hoc in tẽplo ſumme deus exoratus adueni: ⁊ clemẽti bonitate precũ vota ſuſcipe: largã benedictionẽ hic infunde iugiter. Hic pmereant oẽs petita accipere: ⁊ adepta poſſidere cũ ſctis phẽniter paradiſum introire trãſlati in requiẽ. Gloria ⁊ hono: vtrũ. ¶ In feſto viſitatiõis marie ad vſ. ym.

Pange lingua glorioſe diei preconium: in qua matris generoſe mũdo fulget gaudium: perferẽtis copioſe ſalutis donariũ. No

bis datus et formatus in electa virgine: p in-
fantē honoratus vētre clauſum femine: noui
lucē incolatus grato pādit ordine. Ab ange
lo ſalutata in mõtana ꝓperat: pſens adeſt cū
cognata q̄ mirās ꝯſiderat: cū tā honorificata
mater ad ſe venerat. Decorata virtutibꝰ et
xp̄i pſentia: dulciſona fert auribꝰ ſterilis elo-
quia: q̄ clamās altis vocibꝰ reſpōdet magna
lia. O q̄ felix ⁊ iocunda eſt hec viſitatio: ely-
zabeth letabunda exultat cum filio: dū fatur
virgo fecunda candidico lylio. Sempiterne
trinitati laus perennis glorie: que ſanctarū
dignitati tantū dedit gratie: nos aſcribat ci-
uitati celicū et patrie. Amen. Ad noct. hym̄.

Sacris ſolenniis dat virgo gaudia: no-
uis eloquiis reſerans labia: deū magnificat
Feſti re-
colit dies
hūilis et pia: quā gratia viuificat. Electiſſima
q̄ rite pandit ſalus uberrima: dudū veteribꝰ

ꝑ ſigna plurima: ſctis oſtenſa patrib᷒. Poſt verbuꝫ celi cū ſalubris federis: ꝑ os angelicū miſſum a ſuperꝫ: viſitat proximā virgo p̄ ceteris ſe exhibēs humillimā. Rem admirabilē iam intellexerat: feminā ſterilem q̄ conſenuerat: filiū gerere cui dignū duxerat letā ſalutē promere. Precelſe dn̄e dū vox inſonuit: interno lumīe ioānes claruit: exultat gaudio ſanctus: q̄ meruit xp̄m lauare fluuio. Te trinū dn̄m vnū q̄ꝫ colimus: regine virginū meritis petimus: poſt vite terminū duc nos q̄ tendimus ad te datorē luminū. Amē. Ad laudes.

VErbū ſupnū ꝓdiēs: a fonte viui luminis homo factus eſt oriens: intra vterū virginis

Mox florens ieſſe virgula: progreditur a nazareth: feſtinat xp̄i gerula vt videat elizabeth

Ferre ſalutē incipit: hāc ſentit infra viſcera: et iam ventura percipit: q̄ nonduꝫ vidit aera.

Mater ſenior predicat: geſtricem verbi celici: illa iunior explicat: opus regis magnifici.

Hec quaſi tribꝰ menſibꝰ durat ſctāꝝ contio: in cāticis ſuauibus gratulans dei filio. Uni trinoqꝫ gloriā: letis pſallamus cordibꝰ: q̄ benigne det veniam marie ſeruitoribus Amē.

¶ In feſto ſcti Ludowici ꝯfeſſo. ad vſ. hym̄.



Vergēte mūdi veſpere: ſol mūdo miſit he-



ſpeꝝ: q̄ micās vt ī ethere lucē mōſtrauit opeꝝ Ludowicus ꝓ oia ductu diuine gratie: vectus eſt ab infantia: ſolez ſequēs iuſticie. Regali ſtirpe genitus: ꝯtēpſit primogenita: regno terreno penitꝰ: mēte carēs gratuita. Detentus in heſperia: claret ꝑ patientiā: nā paſſus nimis grauia: prefert ſempꝫ letitiā. Dū patitur exiliū: datus ſolerti ſtudio: xp̄s eius ingeniū: ſuo ꝑfudit radio. Quo repletus deifice: ꝑfert cunctis ſaluifica: vbiqꝫ fans autentice: dei ſummi mirifica. Factus frāciſci filiꝰ virgo candēs vt liliū: fit ꝫ preſul eximius: collega nūc celeſtium. Patri genito flāmini: deuota reddāt agmina: laudē condignā numi

ni: ꝑ veſpertina carmīa. Amē. Ad noct. hymn.



D
Um mediū ſilentium: noctis nūc tenēt



omniā: cetus cantet fidelium ludowici preco



In nocte nempe ſeculi plenus fulſit vir
tutib⁹: clarus director populi: velut ſig-
nia. ( numm ſyderibus. Hic ſplendet ſapientia
niteſcit ꝛ ꝟginitas: rorat miſcdia: rubetq₃ fer
vens charitas. Hunc regulat religio: motū
firmat trāquillitas extollit cōtemplatio: par
vificat humilitas. Hic patet ab initio: virtu
tū vniuerſitas: quas miro magiſterio: ſcrip-
ſit beata trinitas. Tu q̄ plenus virtutib⁹ fu
iſti ſine numero: tuis ſacris influxibus: nos
iuua curſu propero. Et qui minoꝝ habitū:
portaſti minor ceteris: poſt vite iungas tran
ſitum: tibi deuotos ſuperis. Corde ore nouo
more cōgaudeat marſilia: que preclara noui
ſancti experitur magnalia. Trino deo ꝛ ſim
plici: digna laudū preambula: ſint ꝛ tāto pō-
tifici: ꝑ infinita ſecula. Amē. Ad laud. hymn.

Ut lux aurore rutilat: luciſq; ſolis pleni-

us: ſe ludowicus ſimulat: ut vere lucis filius
Nā iubar ſummi ſyderꝫ: ſemꝑ geſſit in facie
dum noſtri par itineris: adhuc foret in acie.
Qui vita ſurſum habitās: hāc angelis pa-
rificat: ⁊ ſomnolentos excitās: nos ſpiritu ſe-
tificat. Umbrā mortis exterminat: fulgore
ſapientie: ſed clarius illuminat: per cultū ſan
ctimonie. Eſtum doloris temperat: ſtillans
eius cōpaſſio: carnemq; ſuā macerat: in pau
perū collegio. Ergo tu pater inclite: ꝓcura ti
bi ſubditis: in patria iam predite: hic abūda-
re meritis. Quiſq; detur fratribus: te precā-
te ſollicite: ut pergāt ſanctis greſſib⁹: ad celū
recto tramite. Laus honor virtus gloria: tri
nitati deifice: que cunctis extat previa: ſit pro
tanto pōtifice. Amen. In ſcdis veſperꝫ hymn.

Ludowicus ut amicus: xpi mox iugum

ſubijt: dū ꝑclara nobꝭ cara: ꝓles de celo ꝓdijt.
Non turbaꝛ dū artaꝛ ꝓ pt̄e iuſſu regio: ſic
mereꝛ vt laudeꝛ in celeſti collegio. Eſt ꝓmiſ-
ſum poſt emiſſum: minoꝝ cinctus cordula: q̊
toto cordis voto plaude turba paupcula. In
tholoſa velut roſa: cādet princeps eccleſie: cui
prelato iam btō: en gratulemur hodie. Sic
in eo dāte deo: viget oīs ꝑfectio cuius vita fuit
ita: laus regi plena gaudio. Huius p̄ce nos
a nece: per trinitatis brauium: liberatos fac
beatos: ieſu lux vera mentium. Amen.

¶ In ferialibus diebus ad primā hymnus.

Iam lucis orto ſydere: deū precemur
ſupplices: vt ī diurnis actibꝰ: nos ſeruet a no
Linguā refrenās tēperet: ne litiſ hor
ror inſonet: viſum fouendo cōtegat: ne
centibꝰ. (vanitates hauriat. Sint pura cor
dis itima: abſiſtat ꝛ vecordia: carnis terat ſu

perbiam:potus cibiq₃ parcitas. Ut cū dies
abſceſſerit:nocteq₃ ſors reduxerit:mūdi p ab
ſtinentiā ipſi canamus gloriā. Deo patri ſit
glīa eiuſq₃ ſoli filio cū ſpiritu paraclito ⁊ nunc
et imperpetuū. Amē. ¶ Ad tertiam hymn⁹.

Nunc ſancte nob ſpiritus unū patri cū fi
lio:dignare p̄ptus ingeri:nr̄o refuſus pec
Os lingua mens ſenſus vigor ꝯfeſſio
ne perſonent:flāmeſcat igne charitas:
tori. accendat ardor ꝓximos. Preſta pater
piiſſime:patriq₃ cōpar unice:cū ſpū paclito:⁊
nūc ⁊ in perpetuū. Amē. Ad ſextā hymnus.

Rector potēs verax deus:q̄ tēperas rerū
vices ſplēdore mane iſtruis ⁊ ignib⁹ meridiē.
Extingue flāmas litiū:aufer calorē noxiū:
confer ſalutē corpoꝝ:verāq₃ pacem cordium.

Preſta pr̄ piiſſime. vſ̄. Ad nonā hymnus

Rerū deus tenax vigoꝛ imotus i te pma-
nēs: luc; diurne tēpoꝛa ſucceſſib⁹ determinās
Largire clarū veſpere: q̊ vita nuſq̄ꝫ decidat:
ſed premiū mortis ſacre perennis inſtet glīa
Preſta pr̄ piiſſime. vſ̄. Ad compl. hymn⁹.

Te lucis ante terminum rex creatoꝛ poſci
mus vt ſolita demētia ſis preſul ad cuſtodiā
Procul recedāt ſomnia ꝛ noxiū fantaſmata
hoſtemq̄ꝫ nr̄m cōprime: ne polluant coꝛpoꝛa
Pra pr̄ omīpotēs ꝑ ieſum xp̄m dn̄m: q̊ tecū
in perpetuū regnat cū ſancto ſpiritu. Amen.
¶ In feſto ſcti Franciſci in primis vs. hym̄.



Proles de celo prodijt: nouis vtēs ꝑ



digijs: celum cecis aperuit: ſiccis mare veſti



S poliatis egyptijs tranſit dives: ſed
pauperꝫ: nec rem nec nomē perdidit: fac
gijs. (tus felix ꝑ miſerꝫ. A ſſumptus cū apo
ſtolis in monteꝫ noui luminis: in paupꝑtatis
predijs xp̄o franciſcus intulit. F ac tria ta
bernacula: uotū ſecutus ſimonis: quē huius
nō deſeruit numē uel omen nōis. L egi ꝓphe
te gratie: gratū gerēs obſequiū: trinitatis of
ficiū feſto ſolenni celebrat D ū reparat uirtu
tibus: hoſpes triplex hoſpiciū: ꝛ beataꝝ men
tium: dū templū xp̄o cōſecrat. D omū portā
et tumulū pater frāciſce uiſita: ꝛ eue plem mi
ſerā: a ſomno mortis excita: Amē. Ad noct.

Patri nato paclito ꝛc ut mſra ī lau-



I n ce leſti collegio nouus collega colitur



in ſanctorū roſario: nouellus flos producit.
F rāciſcus florēs grā forma factus humili
um: letus potit glīa ſortis conſors ſublimiū.

Merit de ſparſo ſemie: plene meſſis manipu-
lum: fallens ſub terre tegmine: noſtre ſalutis
emulum. Hic carnis ſupercilium: legi ſubie
cit ſpiritus: mundū vicit ⁊ vicium: ſe victo vic
tor inclitus. Lingue manus ꝑambula: ver
bo parauit ſemitā: ⁊ amplectuntur ſecula: do
ctrinā facto proditam. In paupertatis pre-
dio: minorū plantans vineam: oſtendit ma-
giſterio: vite viuendi lineam. Ad eternas di
uitias: turbā allexit pauper: quos ad celi de
litias: lingua vocauit operū. Vita doctrina
ſplenduit: reſplēdet ⁊ miraculis: ſic preſuit qꝺ
profuit via lucerna poplis. Sūmi regis pa
latio: doctor loca diſciplos: ſalutis priuilegio
xpi premuni famulos. De tenebris miſerie
ſequaces ſtelle preuie: queramꝰ patrē gratie:
conſortes tandē glorie. Amē. Ad lau. hym.



De laude turba paupcula: pre ditata pau



pere: laudis ppina pocla ſacro depreſſa vbere
Hic ſimplex rectus humilis: pacis cultor a-

mabilis: lumen in vaſe fictili: ardẽs lucẽs in fragili. Vili cõtentus tegmine: ſctõ caleſcẽs flamine: vicit algorez caumata: xp̄i dū geſtat ſtigmata. Carnẽ mundūqꝫ cõterẽs: hoſtes malignos ꝓterẽs: aureã victor meruit: aureolam dū docuit. Pauꝑ nudus egredif: celūz diues ingredif: ſpargit virtutū munera egrꝭ ꝓfligat vulnera. Verorꝫ pater pauperum nos pauperes fac ſpiritu: ꝯſortes redde ſuperū: ereptos ab interitu. Patri nato paraclito: decus honor ꝛ glīa: ſint huius ſācti merito nob eterna gaudia Amē. In ſcdis vſ. hym.



DEcus morum dux minorꝫ: frāciſcus te



nens brauiū: in te vite datur vite: chriſte redē



P laudat frater regnat pater cõciuis celi ciuibꝰ: cedat fleptor om nium. (tus pſallat cetus: exultet celum laudibus. Temptū ſolo datū polo: ſignorꝫ probant opera: ergo viuit nā adiuit eterna xp̄i munera. Pro terrenis votis plenis:

reportat dona glie: quē decoras quē honoras ſūme de⁹ clemētie. Nūc ſequant̄ huic iūgant̄ q̄ ex egipto exeūt: in q̄ duce clara luce vexilla regis p̄deunt. Regis ſignū ducē dignū inſignit manu latere: lux accedit nox recedit iā lucis orto ſydere. Eſt dux fid⁹ clar ſyd⁹ ducit relucet deuia: deuitādo demōſtrādo btā nobꝫ gaudia. Mina gregē dux ad regē: colliſor hoſtis callidi: nos cōducas ⁊ inducas ad cenā agni puidi. ¶ De ſtigmatib⁹. s. frāciſci. ad vſ. ym̄

Crucis xp̄i mōs aluerne recenſet myſteria: ubi ſalutꝫ eterne dant̄ priuilegia: dū frāciſcus dat lucerne crucis ſua ſtudia. Hoc in mōte vir deuotus ſpecu ſolitaria paup a mundo ſemotus cōdenſat ieiunia: vigil nudus ardeas totus crebra dat ſuſpiria. Solus q̄ clauſus orās mēte ſurſum agit̄: ſup geſtis crucis plorās merore cōficit̄ cruciſqꝫ fructū implorās anio reſoluitur

D

Ad quem venit rex e celo amictu ſeraphico: ſex alaꝝ tectus velo aſpectu pacifico: affixus qꝫ crucis telo portentu mirifico. Cernit ſeruus redemptorē paſſum īpaſſibilem: ſeclorū imperatorē tam pium tā humilem: verborū audit tenorē viro nō effabilem. Vertex mōtis inflammat᷑ vicinis cernētibꝰ: cor franciſci transformat᷑ amoris ardoribuſ: corpus vero mox ornat᷑: mirandis ſtigmatibꝰ. Collaudetur crucifixus tollens mūdi ſcelera: quem laudat concrucifixus crucis ferens vulnera: frāciſcus prorſus innixus ſuper xp̄i federa. Amen.

## Ad nocturnum hymnus.

Crucis arma fulgētia: vidit frāciſcꝰ dormiēs: xp̄m dicentē audiēs tua erūt hec om̄ia

Crucis vis ⁊ refugiū hec crucis arma tribuit: quibꝰ frāciſcū induit: aduerſus aduerſariū

Crucis ſacrata lectio: ter ſe frāciſco prebuit: cum ter librum aperuit: pro ſalutis indicio.

Crucis xp̄i deuotio: franciſci traxit ſtudia:

cunctaqȝ cordis gaudia: cum omni deſiderio. Crucis vt ad ſupplicia: xp̄m franciſcus poſitū: videt ⁊ audit monitū: hec ſequere veſtigia. Crucis herens veſtigijs: crucis fructū conſequitur: qui corda carne cingitur: ⁊ ſignatur indicijs. Crucis virtus ⁊ gratia: nos conſignet in frontibus: in membris ⁊ in ſenſibus: p perenni cuſtodia: Amē. Ad lau. hym̄. Plaude turba paupcula. q̄re s̄. fol. cluij. ¶ In feſto ſancti Antonij de Padua: Ad vſ. hymnus.



AN gratulemur hodie: xp̄o regi iucundi



us: in cuius aula glorie iā iubilat antonius. Franciſci patris emulus: ſic illi ſe cōtemperat: vt fonte manans riuulus: aquas vite circumferat. Lōge lateqȝ diffluit: ſitiqȝ mortis aridos: verbo ſalutis imbuit: dās rore ſacro viuidos. Hic ſtigmatū qui baiulo: patri natus innititur: dū predicat de titulo: confixus ille cernit. Sub tāto duce militās: vincendo ſe nō vincitur: duci miles cohabitās: iam bel

lo nō concutitur. Nos in campo certaminis patrū zelantes gloriā: hic ſub re noſtri nominis: vincamus ignominiam. Preſtet hͦ nati genitor hͦ genitoris genitus: ac patriqꝫ conditor: paraclitus hͦ ſpūs. Amē. Ad noct. hym̄.



Laus re gi plena gaudio: q̄ merces mili



tantium: ſe ipſum dat anthonio: militi e ſti



Antoni vir egregie qui tue cꝫ pre noueras: hic viuēs arras glorie: pendium. Chriſtum videns acceperas. Pro te digna dum moreris: natoꝗ fit cōmotio: margarite nō funeris: cuius fias poſſeſſio. Huius honorē glorie: predixeras in padua: que tātis in te gratie: manet donis irrigua Per te pater cum filio: conſolatorqꝫ ſpiritus: a criminum cōtagio: nos hic emundet funditus. Amen. Ad laudes Hymnus.

Ieſu lux vera mentiū nos illuſtra diluci

lo: tot ſignis p̄ antoniū: o paco fulgēs ſeculo. Hic nautis in naufragio: ſigno ſalutis affuit: quibus ſub lucis radio: vie ducatū pꝛebuit. Hereticū lux fidei: ſigno purgat dum iacitur: ab alto vaſis vitrei: fragilitas non frangitur. Irriſoꝛ lucis gratie: ſignoꝛū languet clericus: poſt votum ſurgens gloꝛie: ſancti fit teſtis publicus. Per hunc nos pater luminum: ſignes ⁊ lux de lumine: illuſtratoꝛis hominum: cum ſpiritus munimine Amen.

¶ In feſto ſcte Clare virginis: Ad vſ. hymn̄.



Concinnat plebs fidelium virginale pꝛe



conium: matris chꝛiſti veſtigium: ac nouita



Pauperū pꝛimogenita: dono celeſti predita: obtinet ſupꝛa meritis gaudiū. (ta: pꝛemia vite reddita. Nouū ſidus emicuit: candoꝛ lucis apparuit: nā lux que lucem influit: clarā clarere voluit. O la-

ris orta natalibꝰ necdū relictis omnibus: va
cat plenis affectibus pietatis operibꝰ. Sub
pauptatis regula patris francisci ferula: do
cta xp̄i diſcipula luce reſperſit ſecula Mūdus
et caro vincitur: matri xp̄i cōnectitur: chriſto
prorſus innititur: pauperē pauper ſequitur: Virgīs hinꝰ
Ad noct. Spretis natiuo genere: carnis ꝛ mundi fece
re: clauditur velut carcere: diues ſuperno mu
nere. Clauditur velut tumulo nequā ſubdu
cta ſeclo: patet in hoc ergaſtulo: ſolum dei ſpe
ctaculo. Tegmina carnis vilia: vrgens fa
mis inedia: arcta quoqꝫ ieiunia: preſtant orā
di ſpacia. Virginis huius merito: laus pa
tri ſit ingenito: gloria vnigenito: virtus ſum
ma paraclito. Amen. Ad noctur. hymnus.

GEnerat virgo filias materne mentis cō
ſcias: chriſti ſponſas et ſocias: corruptionis
Ad laud. Clarū nomen effunditur: ſanctū no
men extenditur: facto doctrina produ
inſcias. citur: virtus diuina pāditur. Con-
Viginis hūꝰ

ſtruunt cenobia: vaſta p̃ orbis ſpacia: creſcit ſororũ copia: claret matris noticia. Deficit virtus corporis: morbo prolixi temporis: ſumit augmentum roboris: virtus ſacrati pectoris. Tandẽ languorẽ premit: leta nimis egreditur: dies extrema claudit: ſpiritus celo redditur. Te pſequẽtes laudibꝰ: pijs faueto precibus adeſto poſtulantibꝰ: tuis virgo ſupplicibus. Virgis huius. vcſ. Ad lau. hymnus

O Clara luce clarior lucis eterne filia: dies iſta ſo lennior: tua colit ſo lennia. Vite labentis gaudia: ſpernendo xp̃m ſequeris paſcentem inter lilia: tuqꝫ cũ xp̃o paſceris. Cuſtos ſacrarũ virginũ: omni virtute preuia: ducis ad ſponſum dñm: puellarũ collegia. Frãciſco duce militãs ⁊ vincis trina prelia: carnẽ namqꝫ ſuppeditans mundum atqꝫ demonia Iamiam in regno luminũ: patri cõregnãs filia da te ſequentum agminũ recta fore veſtigia. Sit patri nato flamini: decus honor et

Vacat

gloria: noſq; commendet numini ſancti clare ſuffragia. Amen. In ſcdis veſperis hymn⁹

Clara clarens labe carẽs: luce lucet ſyderea: ſtella poli iũcta ſoli lux ecce ſurgit aurea. Clara mente clara gente: cauſam traxit originis: incorrupta xp̄o nupta cõſors paterni luminis. Hoſtem ſternens faſtum ſpernẽs vias vitat diſcriminũ: iter pandit poſt te ſcandit: ieſu corona virginũ. Dum conatur vt ſequatur: clara xp̄i ſigniferũ: fit nouella per te ſtella: conditor alme ſyderũ. Aſſuero iuncta uero: heſter in thoris virginũ: ne ruamus inuocamus: te lucis ante terminũ. In hijs feſto gaudens eſto: ſoror ſenex iuuencula: cui congaudes redde laudes plaude turba paupercula. In hac die pater pie: mitte uobis paraclitum: qui per natum fers reatum: deus tuorũ militum. Amen.

¶ In feſto. ſancti Auguſtini: ad veſperas ⁊ ad nocturnum hymnus.

Magne pa ter auguſtine: p̄ces nr̄as ſu ſci pe: ⁊ per eas conditori nos tranſfer re ſatage: atq̃ʒ rege gregē tuū ſummū decus preſulum. Amatorem pauptatis te collaudāt pauperes: aſſertorē veritatis amant veri iudices: frāge nobis fauos mellis de ſcripturꝭ diſſerēs. Que obſcura prius erāt nobis plana faciens: tu de verbis ſaluatoris dulcem panē conficis: ⁊ propinas potū vite de pſalmoꝝ nectare. Tu de vita clericoꝝ ſanctā ſcribis regulā: quā qui amāt ⁊ ſequūtur viam tenent regiā: atq̃ʒ tuo ſctō ductu redemit ad patriā. Regi regū ſalus vita decus et imperium: trinitati laus et honor ſit ꝑ omne ſeculum: qui conciues nos aſſcribat ſupernoꝝ ciuium. Amen. Ad laudes hymnus.

E

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00343

CEli ciues applaudite: ⁊ vos fratres con-

cinite: patrꝫ nr̄i ſolennia: ſolis reduxit orbita Hinc q̊ pſalmi reſonēt: hinc lectiōes ꝯcrepēt et hymnoꝝ dulciſona multiplicētur cantica. Qđ lingua foris ꝑſonat: itus affectus ſenti at nec imitari pigeat: qđ laudare mēs approbat. Hūc poſt mūdi curricula celi ſuſcepit curia quē cū ſctis fidelibꝰ iā ſalutauit dn̄s. Conemur totis viribꝰ iūgamus ꝑces precibus: vt auguſtini meritis celi fruamur gaudijs. Pr̄a pr̄ piiſſi. ¶ In cōmemoratiōe ſcti Auguſtini in primis veſperꝫ ⁊ ad noct. hym̄.

ALma parēte genitꝰ doctor

doctorum maximus eſt primis puer deditus

Hic omne qđ in litterꝫ: qđ artibꝰ in librꝫ: ⁊ quic auguſtinꝰ in ſtudijs. (quid in ſcientijs: nullo

tradēte ꝯcipit. Summe peritus apicē tenebat rumoꝛ oim: replebat aures tollit: auguſtin⁹ ad ſydera. Baptizat hūc ambꝛoſius: deū laudamus intonat: ſimplicianus monachū: habitū dat ꝛ cingulum. Cōmemoꝛamus te patrē heremitaꝝ colimus: auguſtine te poſcim⁹ ſis filijs ſolatiū. O a pater alme da fili ſpūs ſācte trinitas: te venerari iugiter auguſtinū et colere. Amen. Ad lau. hym. Celi ciues applaudite. vrs. ¶ In ſcdis veſperis hymnus

GRatulent heremite v niti cenobio: le

tent anachoꝛi te cum cleri collegio: auguſti

Audiens ſimplicianus lumen vite: cepit ab antonio. Cū ſocijs exclamitat: ſurgunt indocti: tunc vanum a ſe mundū abdicat: nec fuit opus humanū heremum inhabitat. Auguſtinus baptizatur: exultat eccleſia: te deum hic oꝛdinatur: o mira ſolertia: o pia mater delectat: ouat celi curia.

Veſte nigra hic indut⁹ ꝑcinctus corrigia: ut ioannes redimitus eſt zona pellicea: geſtus cuius ē ſecutus teſbie cū helia. Fratres deū norma data iubet prediligere: charitate ordinata primo ſe nectere: q̄ virtutib⁹ ornata monet libros legere. Salue pat̄ ⁊ dux noſter: caput noſtrū indytū: exoret virgo mater ſupplicet ad filiū: ut i eo quiuis frater ꝑhorreſcat vitiū. Enti ſūmo uni trino: laus honor et gloria: uel verꝫ numerꝫ quino ieſu xp̄i gratia: hic der utili bono nobis ⁊ in patria. Amē. ¶ In feſto ſcte monice matr̄ ſcti Aug. ad vs. hym.

Te ferāt lingue: celebrēt et om̄is: te ſimul tot⁹ modulet orb: ſe culis cūctis memor eris

Cui⁹ effuſe lachryme ꝑceſq3: cor tui durū rigi ampla monica laude. Dūq3 nati: ad dei magni meruere ſacrū ꝯtere cultū Tec⁹ ſummū pia ſpeſq3 matrꝫ: certa natorꝫ via dux aſilū demonū victrix: hereſuꝫ fugatrix alma virago

O tibi quātas populus fidelis grās debet memori ſub euo: quez tuis ſummis meritis beaſti candida mater. Quādo bis mūdo generaris illum: quē ſacre per te fidei reductum denuo de te gentiū fatemur auguſtinū. Qui tot inuictus domuit rebelles: tot feros ꝙ̄ de pietatis hoſtes: monſtra tot tantā rabiē repreſſit maximus ultor. Qui tot errorū laqueos nocētes diſſipās tāte tenebraſqꝫ noctis: extitit nulli meritis nec ulli laude ſecundus. Qui deꝰ tantū niſi preſtitiſſet: tāta ſcripſiſſet niſi ille: tota nimirū ſacra lex fideſqꝫ noſtra ruiſſet. Laus tibi ſumme pater atqꝫ fili: quiqꝫ pcedis ſimul ex utroqꝫ: ſpūs ſcē deus unus idez: laus tibi ſemp. Amen. Ad noctur. Hymnꝰ.

Cantemus domino grādia munera pulſemuſqꝫ polos: altaqꝫ ſydera: laudantes reſono carmine monicā: ſe xus feminei decus.

Quis vero merita laude recenſeat q̄ dotes a
nimi: quātaq; lux ſui: q̄ vite grauitas: queue
moleſtia: ⁊ q̄ ſobrietas fuit. Quis cādor ſibi
qu is mirificus pudor: duros q̄ facilis q̄ tole
rās ſui mores ſuſtinuit coniugis aſperi: ver-
tens hūc etiā deo. Triſtes q̄ patiens ꝑtulit
inſup: ſeruaꝝ laqueos falſaq; crimina: q̄ ſo-
crū coluit: qua reuerētia q̄ mitis fuit oībus.
Sedauit q̊tiens pectora turbida: ⁊ ſeuis odi
is corda tumentia: placauit q̊tiens illa ſalu-
bribus: at ſanctis monitis ſuis. Quā deſide
rio rapta dei ſui: diuinas medio corde gerens
faces: calcās ⁊ penitus cūcta fugacia: mundi
deſpiciens bona. Hinc tātis lachrymis ac p̄-
cibus deū ꝓ caro rogitās anxia filio: eternū
moriens ne caderet miſer torquebat pia ſe pa
rēs. O dulces lachrymas: tāta q̇bus bona
fluxerūt fidei dū rueret ſacre: nutantē ſiquidē
natus eā ſuus forti ſuſtinuit manu. Adſis
oṗs q̄s o pr̄: o fili pariter ſancteq; ſpūs: fac
nos vn⁹ amor iūgat: vt vn⁹ es viuēs ſecula ꝑ
oīa. Amē

Ad laud.

Excelſe princeps omniū mūdi Hymn⁹.

regis q̇ machinam: eterna regnās ſecula au
Sanctas p̄ces q̇ moni
ce: atro ſub h̄ ergaſtulo:
di tuos nūc ſeruulos. ( dū viueret ſuſceperis:
donās ſalutē filij Alti poli nūc incolam: rap
tāq; tot de ſordib⁹: ꝓ lubricis mortalib⁹: audi
precantē queſumus Terrā colens ſi cōtulit
tantū cadenti ſeculo: q̇d ni ſupra celſos polos
euecta plus nūc ꝯferat. Si nūc preces quas
largiter: olim ꝓfudit duplicet: ſi nos malis et
liberet multis ſuo ſuffragio. O nos beatos
munere: tāto bonis tā grandib⁹: eius modo
quas porrigit: ꝓnus p̄ces tu ſuſcipe. Nunc
vota cuncti fundite pre ceteris: qui ſcilicet vel
litteris gentilib⁹: eſtis ſacris vel prediti Nā
hec eum nobis dedit ſublime cuius maximis
omnes acumen laudibus: cultumq; ſummū
tollimus. Nos tu pater cum filio: ſancto ſi-
mul cū ſpiritu: vnus deus qui ſecula per cun-
cta viuis protege. Amen.

¶ In feſto ſancti Guilhelmi confeſſoris ordi
nis here. ſc̄ti Auguſtini: ad veſperas hymn⁹



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00349

Eremitarū cunei: ad laudes christi curri

te: et oculis iam fidei guilhelmū letū cernite. Letaꝛ in collegio sanctoꝝ sine termino: qui manens in exilio: paupꝫ ſeruiuit dño. Panū miſit ad fortia fortis athleta dñi: carnē triuit inedia: ſtudens virtutū culmini. Poſt tranſitū ad gaudia: hic fulget in miraculis ſtans in celeſti curia: orat ꝑ ſuis famulis. O a nobꝫ ſācta trinitas ꝙ te cernamus pariter: ut tibi laudes debitas ꝑſoluamus alacriter. Amē.

Ad nocturnum Hymnus.

Jeſu cordis iucūditas: ꝗ peccatores viſi-

tas: ſancti guilhelmi precibus: adeſto nobis

Quē dñs priuaſti lumine: corpoꝛ ſctō flamīe luſtraſti unde gaudia.

omnibus. ( mundi cōtempſit oīa. Ke ox vitā

heremiticā: amplectit' ut celicā: cōtemplatur ierarchiam: viam canendo regiā. T anti patris veſtigia: ſpernendo tranſitoria: ſeq̄mur oēs filii: ꝯſortes tandē gaudii. P reſta pater p filiū nobis eternū gaudiū: vna cum ſctō flamine poſt hanc vitam in lumine. Amen.

Ad lau. hymn⁹. Heremitarꝫ cunei. vt ſupra.

¶ In feſto Nicolai de Tolentino ad vſ. hym.

L Audib⁹ ſūmis celebremus oēs: regis eterni memorāda dona: men tib⁹ letis modu

Q ui ſacre quondā fidei choruſcās:

lemur e ius grādia facta. S idus ex altis orienſqꝫ celis: q̄ dedit ſummū decus illud orbis auguſtinū. E x ſuo te nūc grege procreatū: multa poſt tandem revoluta ſecla: cōtulit dignū nicolae nob eius alumnū. C uius ingentes memoreſqꝫ geſtas: res queat nemo ſatis explicare: cuius excelſas celebreſqꝫ laudes nemo referre. M agne celeſtis habitator aule:

De ſctō Nicolao

magne q̄ tantis meritis opimis: viuis ⁊ gau
dens ſup alta celi: aſtra triumphās. Laus
patri ſummo genitoq̈ ſemp quiq̈ procedit de
us ex vtroq̈: ſpirituſſanctus deus vnus idē
laus tibi ſemp: Amen. Ad noctur. hymnus

Te canūt oēs nicolae gētes: te pij p̄res
ſimul atq̈ matres: voce te colūt pueri canora
Efferūt ceci reſonātq̈ muti:
q̄s tua cunctos ope liberaſti:
vota ſoluūtur. Mira decantāt tua facta clau
di: laude perenni. Eruti p̄ te maris e periclis
quoſq̈ tu morbis varijs grauatos: mille ſa
naſti tua magna cuncti: dona fatent. Quoſ
q̈ vexatos bonos expiaſti: demonū dira feri
tate: quoſq̈ conſequi rurſum veter⁊ dediſti: lu
mina vite. Magne celeſtis habitator aule:
magne cui tantū tribuit ſupernis: poſſe q̄ to
tū domiator alti: auxit olympi. Laus patri
ſummo genitoq̈ ſemper: quiq̈ p̄cedit deus ex
vtroq̈ ſpirituſſanctus deus vnus idem: laus

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00352

# Incipiunt veſpere mortuoꝝ. Añ.

P Lacebo domino in regione viuoꝝ. pſ. Dilexi.

Antiphona. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus eſt. pſ. Ad dñm. añ. Dominꝰ cuſtodit te ab omĩ malo cuſtodiat aiam tuã dñs. pſ. Leuaui.

Antiphona. Si iniq̃tates obſeruauerĩ domine domine q̇s ſuſtinebit. pſ. De pꝛofū. añ. Opera manuum tuarũ domine ne deſpicias. pſ. Confitebor. ℣. Audiui vocẽ ꝛc. ℞. Bti moꝛtui. Ad magni. añ. Omne qd̄ dat mihi pater ad




℣. A porta inferi. ℞. Erue dñe a. Lcõ prima

Parce mihi dn̄e: nihil em̄ ſunt dies mei. Quid eſt homo: q2 magnificas eū: aut quid apponis erga eū cor tuū? Viſitas eum diluculo: et ſubito pbas illum. Vſqꝫquo non parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meā? Peccaui. Quid faciā tibi o cuſtos hominū? Quare me poſuiſti cōtrariū tibi: et factus ſum mihimetipſi grauis? Cur nō tollis peccatū meū: et quare nō aufers iniquitatem meā? Ecce nūc in puluere dormiam: et ſi mane me queſieris nō ſubſiſtam

.Rn. Credo q̄ redēptor meus

viuit et in noui ſſimo di e de ter ra ſur

rectu rus ſum. Et in carne me a vide bo

de um ſaluato rem me um. V.

Quem viſurus ſum ego ipſe et nō ali



(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00355

us et oculi mei conſpecturi ſunt. Et in car.

meã

Tedet animã meã vite mee: di Lectio ſecũda.
mittam aduerſum me eloquium meũ. Loquar in amaritudine anime mee: dicã deo noli me cõdemnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunquid bonũ tibi videt si calumnieris et opprimas me opus manuũ tuarum: et conſilium impiorum adiuues: Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo et tu videbis: Nunquid ſicut dies hominis dies tui: et anni tui ſicut humana ſunt tempora: ut queras iniquitatẽ meã et peccatũ meũ ſcruteris: Et ſcias quia nihil impiũ fecerim: cũ ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere. R.

Qui la zarum reſuſcita ſti de monumẽto feti dum. Tu eis do mi ne dona requi em et locũ indul genti e. V. Qui venturus

es iudi care vi uos et mortuos et ſe

cu lum per ig nem. Tu eis do. Lctō. iij.

Manus tue dñe fecerūt me ⁊ plaſmaue
rūt me totum in circuitu: ⁊ ſic repente
precipitas me. Memēto queſo ꝙ ſicut lutū fe
ceris me: et in puluerē reduces me. Nonne ſi
cut lac mulſiſti me: et ſicut caſeum me coagu-
laſti: Pelle ⁊ carnibus veſtiſti me: oſſibus et
neruis cōpegiſti me. Vitam ⁊ miſcdiam tri-
buiſti mihi: ⁊ viſitatio
tua cuſtodiuit ſpiritū
meū. .Rm D omi ne quādo

vene ris iu dica re terram v bi me abſcō

dā a vul tu i re tu e. Quia pec caui ni

mis in vita me a. V. Commiſſa mea

paueſco et ante te e rubeſ co dñe ve

neris iudicare noli me condẽna re. Quia.

In ſcdo noctno: Aña.



In loco paſcue ibi me collocauit. Pſ.



Dñs regit. Añ. Delicta iuuentutis ~ et ig-



norãtiſ mee ne meminerĩ dñe. Pſ. Ad te dñe le.

Antiphona.



Credo videre bona domini in terra viuen



℣. Collocet eos dñs cũ pricipib'. ℞. Cũ prici

tium. Pſ. Dñs illumĩa. (pib' ppli ſui. Lctõ. iiij.

Reſpõde mihi: quãtas habeo iniqtates et pctã: ſcelera mea ⁊ delicta oſtende mihi. Cur faciem tuã abſcõdis ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ? Contra foliũ qḋ vento rapitur

oſtendis potẽtiã tuã: ⁊ ſtipulã ſiccã pſequeris.
Scribis enĩ cõtra me amaritudies: ⁊ ↄſume
re me vis pctis adoleſcentie mee. Poſuiſti in
neruo pedem meũ: et obſeruaſti oẽs ſemitas
meas: ⁊ veſtigia pedũ meoꝝ ↄſideraſti. Qui
quaſi putredo ↄſumendꝰ ſũ: et quaſi veſtimẽ
tũ qḋ come
dit a tinea. R. Memento mei deus quia
ventus eſt vita me a. Nec aſpiciat me vi
ſus hominis. V. De profundis clamaui ad te
domine domine exaudi vocẽ meã. Nec aſpi. Lctõ. v

Homo natus de muliere breui viuẽs tẽ
pore: replet multis miſerijs. Qui qua
ſi flos egredit ⁊ cõterit: ⁊ fugit velut umbra ⁊
nunq̃ in eodẽ ſtatu pmanet. Et dignũ ducis
ſup huiuſcemodi aperire oculos tuos ⁊ addu
cere eũ tecũ in iudiciũ. Quis poteſt facere mũ
dũ de imundo ↄceptũ ſemie? Nõne tu q̇ ſolus

es: Breues dies hoīs ſunt numerus menſiū eius apō te eſt Cōſtituiſti termīos ei⁹: q̄ p̄ter iri nō poterūt. Recede ḡ paululū ab eo vt quieſcat: donec optata veniat: ⁊ ſicut mercēnarij dies ei⁹. R. Peccantem

hi domine quia peccaui nimis in vita mea qd faci

am mi ſer u bi fugiā niſi ad te deus me us. Miſe

rere me i dū vener' in nouiſſimo die. V. Anima

mea turbata eſt valde ſed tu dn̄e ſuc curre e i. Miſe.

Quis mihi h' tribuat: vt i infer Lectō. vj. no p̄tegas me ⁊ abſcondas me: donec p̄ traſeat furor tu⁹. et ꝯſtituas mihi tēpus in q̄ recorder' mei: Putasne mortuus hō rurſuz viuat: Cūctis dieb⁹ quib⁹ nūc milito: expecto donec veniat imutatio mea. Vocab me ⁊ ego rn̄debo tibi. Operi manuū tuaꝝ: porriges dexterā. Tu quidē greſſus meos dinumeraſti:

ſed parce pctis me is. Rm. N Erecorderis peccata mea do mine

Dū veneris iudicare ſeculū p ignē. V. D Irige In. iij noct.

domine deus meus in ꝯſpectu tuo viam meā. Aña.

C Omplaceat tibi domine vt eripias me ad adiu uādū me feſtina. Ps. Expectās. S Ana domi ne animā meā quia peccaui tibi. Ps. Btūs q̄ intel.

S Itiuit anima mea ad deū viuū quando veni am et apparebo ante faciem dñi. Ps. Queadmo.

V. Ne tradas beſtijs aīas ꝯfitētes tibi. R.

Fu

Et aīas pauperꝝ tuoꝝ ne obl. ī finē. Lcō. vij.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabunt: ⁊ ſolum mihi ſupeſt ſepulchrū. Non peccaui: et in amaritudinib' moratur oculus meus. Libera me dn̄e et pone me iuxta te: ⁊ cuius vis manus pugnet ꝯtra me. Dies mei tranſierūt cogitatiōes mee diſſipate ſunt: torquētes cor meū. Noctem verterunt in diem: ⁊ rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero infernus domus mea ē

et in tenebris ſtraui lectulum meū. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea ⁊ ſoror mea vermibus Ubi eſt ergo nūc preſtolatio mea et patientia mea: Tu es domie deus meus

Rm. Peccantem me cotti di e et nō me pe niten tē timor mortis cōturbat me. Quia in infer no nulla eſt redēptio miſerere mei deus et ſalua me. V. Deus in nomie tuo

ſaluũ me fac: et in virtute tua li be ra me. Quia

Pelli mee cõſumptis carnib⁹ Lctõ. viiij.
adheſit os meũ: ⁊ derelicta ſunt tãtum-
modo labia circa dentes meos. Miſeremini
mei miſeremini mei: ſaltez vos amici mei: qꝛ
manus dñi tetigit me. Quare perſequimini
me ſicut deus ⁊ carnibus meis ſaturamini:
Quis mihi tribuat vt ſcribant̃ ſermões mei
Quis mihi det vt exarent̃ in libꝛo ſtilo ferreo
et plumbi lamina vel celte ſculpant̃ in ſilice:
Scio enĩ ꝙ redẽptoꝛ meus viuit et in nouiſſi-
mo die de terra ſurrecturus ſum: ⁊ rurſum cir
cũdaboꝛ pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deũ
. Quẽ viſurus ſum ego ipſe: et
oculi mei conſpecturi ſunt: ⁊ nõ alius. Repo-
ſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo.

Reſponſoriũ.

Domine ſecundũ actũ me um noli me iudi

ca re nihil dignũ in ꝯſpectu tuo e

gi. I deo de pre cor maieſtatem tu

am ut tu deus deleas iniquita

tem me am. ℣. Amplius laua me do

mine ab iniuſticia mea ⁊ a delicto meo mūda me. Ve.

Quare de vulua eduxiſti me: Lctō. ix.

Q̄ utinā ↄſumptus eſſem ne oculus me videret: fuiſſem quaſi nō eſſem de utero tranſlatus ad tumulum. Nunquid nō paucitas dierū meoꝝ finietur breui: Dimitte me ergo ut plangā paululum dolorē meū: anteꝙ vadam ⁊ nō reuertar ad terram tenebroſam: et opertā mortis caligine. Terrā miſerie ⁊ tenebrarū: ubi umbra mortis et nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitās. ℟.

Libe ra me do mine de morte eter na

in die illa tremenda. Quādo ce li mo uendi

ſunt et ter ra. Dum ve ne ris iudica

re ſe culum per ig nem. ℣.

Tremens factus ſum ego et ti meo dum diſcuſ

ſio ve nerit atq; ven tu ra i ra. Quādo. ℣.

Dies illa dies i re dies calamitatis et miſerie

dies magna et amara valde. Dū ve. ℣. Requiē

eternā dona eis dñe et lux ppetua luceat eis. Libera.

℟. Libera me dñe de viis inferni qui portas

ereas ɔfregiſti ⁊ viſitaſti infernū: ⁊ dediſti eis lumē vt viderēt te. Qui erāt in penis tenebrarū. ℣. Clamātes ⁊ dicētes adueniſti redēptor nr̄. Qui erāt. ℣. Requiē. Qui e. Ad lau. añ.

Exultabūt dn̄o oſſa hūiliata. ps̄. Miſere. ā.

Exaudi dn̄e orationē meā ad te ois caro veniet.

Ps. Te decet. añ. Me ſuſcepit dextera tua dn̄e

Ps. De⁹ de⁹. añ. A porta inferi erue dn̄e animā meā ps̄. Ego dixi. Omis ſpūs laudet dn̄m. Ps

℣. Audiui vocē de. ℞. Bti. Laud. do. Ad bn̄dic. añ. Ego ſuꝫ reſurrectio et vita q̄ credit in me etiā ſi mortuus fuerit viuet ⁊ ois



q̃ credit in me nõ morietur ineternũ. ps̃. Bñdict⁹.
Kyriel. Xp̃el. kyriel. Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed libera. ps̃. De pfũd. ℣. A porta inferi
℟. Erue dñe a. ℣. Requieſcãt i pace ℟. Amẽ
℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ.

DEus q̃ inter apoſtolicos ſacerdo Orõ.
tes famulos tuos põtificali ſeu ſacerdo
tali feciſti dignitate vigere: preſta qs̃: vt eo
rũ quoq; ppetuo aggregent̃ ꝯſortio. P. Pro

DEus ve fratrib⁹ ꝛ benefactorib⁹ Orõ.
nie largitor ꝛ humane ſalutis amator
qs̃ clementiã tuã: vt noſtre cõgregationis
fratres ſorores ppinquos et benefactores: q̃
ex h̃ ſeclo tranſierũt: btã maria ſemp virgine
intercedente cũ oĩbus ſanctis tuis ad ppetue
beatitudinis ꝯſortiũ puenire ꝯcedas. Orõ

FIdeliũ deus oĩm cõditor ꝛ re generalis
dẽptor aĩabus famulorꝫ famularũq;
tuarꝫ remiſſionẽ cunctorꝫ tribue pctõrꝫ: vt in-
dulgentiã quã ſemp optauerũt piis ſupplica
tionib⁹ ꝯſequant̃. Qui vi. ℣. Requiẽ eternã
dona eis dñe. ℟. Et lux ppetua luceat eis. ℣.
Requieſcãt in pace. ℟. Amen.

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00367


Regina coeli leta re a e uia quia quem meruisti
por ta re ae v ia resurrex
it sicut dixit a e uia o ra pro nobis deum a e
lu ia Euouae
Hec di es quā fecit do minus
exulte mus et le te mur i e
a Euouae
In manus tuas domine cōmendo spiritum meū
Alleluya alleluya. V. Redemisti nos domine deus
ueritatis. Gloria patri et filio et spiritui sancto

Herzog August Bibliothek
Restaurierwerkstatt 2018

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/101-1-theol-2f/start.htm?image=00370